

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

IOANNIS CORA-
SII TOLOSATIS IV-
RISCONSVLTI IN TITV-
LVM CODICIS IVSTINIA-
NI, DE IVRE EMPHY-
TE VTICO:



CVM INDICE LOCVPLETIS
SIMO EORVM QVAE NOTATV
DIGNA SVNT.



Lugduni,

APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
SVB SCVTO VENETO,
1550.


Cum Priuilegio Regis.

DOMINO IOANNI CO-
RASIO PATRI SVO OBSE-
R-
VANDISSIMO, IOANNES
CORASIVS FILIVS
S. D.



V B hoc vno munusculo, charissime Pater, omnes
in vniuersum studiorum meorum prouentus tibi da-
re, dicareq; volui, meosq; in Iure Ciuli labores pie-
tati tuæ sacrare. Cùm enim me genueris, alueris, &
ingenuè curaueris instituendum, nulli melius pote-
ram vigilias meas, atq; adeò me ipsum addicere, quàm
tibi, & animo, & natura patri. Cui non tantùm debeo
quòd sum, sed etiam quòd futurus semper sum, sem-
pérq; victurus. Suscipe igitur mi pater, fœtum ex fœtu tuo, ex ossibus tuis, ex
carne tua. Et quem ex nobili Catherina Termia, sanctissima foemina, procrea-
sti, eduxisti, ad omnémq; virtutem informandum curasti, factum nunc non
omnino infœcundum, paterna pietate complectere. Tui certè amorem non
in animo solùm meo instituit natura, verùm in medullis etiam ipsis im-
plicauit. Bene vale mi pater, & me, vel potius te ipsum toto
peccore perama, tuicq; filij memor, diu te mīhi in columnen
serua. Nam ego quam tibi pietatem debeo, quò ad
vitæ superero me, sanctissimè colam, & ob-
seruabo. Lugduni, V. No.
nas Septem-
bris,

M. D. X L I X.



INDEX C O P I O S I S S I M V S
R E R V M H V I V S T R A C T A T V S S C I -
T V D I G N A R V M.



A	Ctio quæ ex Emphyteusi oriatur	10	Dominus petendo aut recipiendo pensio- nem an in iure expellendi sibi noceat	25
	Actiones an de iure ciuili	3	Dominus non potest Emphyt. expellere	10
	Agrorum vectigalium o- rigo	1	Dominorum insolentia	41
	Alienationis verbum quando cōtrahatur	9	E Mphyteufis cur non posſit alienari ſpreto domino	35
	Alienatum quando propriè cencatur	35	Emphyteufis quid	4
	Alluionis incremetum ad quem ſpectet	13	Emphyteufis cui & cur pereat	12
	Apocha & Antapocha	13	Ecclesia cur non querat Emphyteufim	38
	Auaritia deteſatio	41	Emphyteufis quomodo contrahatur	3
			Emphyteufis cur ſic dicta	2
C	Asus voluntatis & impotentiae	40	Emphyteufis an poſſit legari, an oppigno- rari	37
	Census quid	4	Emphyteufis an cum emptione vel locatio- ne ſimilis fit	7
	Ceffatio pro parte an noceat Emphyteu- tae	19	Emphyteufis ob ceſſationem ſolutionis non extinguitur ipſo iure	22
	Chriftiana admonitio	14	Emphyteuta an perdat meliorationes & quas	24
	Clades vnde dicta	12	Emphyteuta ius habet potentius colono	17
	Commissoriae legi quando renuntiare cen- ſeat	26	Emphyteuta quid ius habeat in re	7
	Commodū an ſpeſtet ad Emphyteutam	13	Emphyteuta quas meliorationes perdit	24
	Communionis incommodum	18	Emphyteuta an donare poſſit	36
	Conceptio quid	10	Emphyteuta tenetur Apochas reddere do- mino	18
	Conductor meliorationes repetit	24	Emphyteuta ob rei quoque deterioratio- nem repellitur	21
	Conductor ceſſans ſoluere, quando repelli poſſit	16	Emphyteuta an poſſit repelli propria au- thoritate	23
	Conſignatio & depositio quando ſit necef- ſaria	29	Emphyteutica res ſi colo non poſteſt, cuius ſit periculum	14
	Cōtractus Emphyteuticus an iuris ciuilis	3	Emphyteuta ex qua cauſa exciſetur	20
	Contractus precarie	5	Emphyteuta poſteſt exponere rē venalē	37
D	Ebitor quando debeat ad creditorem accedere	27	Emphyteuta ex pacto ſine domini conſen- ſu alienat	33
	Decimæ ſunt portande ſacerdoti	27	F Alſa conditio prolata an noceat domi- no	37
	Dies quando interpellat pro homine	26		
	Diffinitionis duplex ſignificatio	10		
	Donatio an laudemium patiatur	42		
	Dominus an alienet ſine Emphyteutæ con- ſensu	34		

I N D E X

Fatinecessitas	12	Pœna ab Emphyteuta cessante peti non po-
Fatum quid	12	test
Feuda nobilia quæ dicantur	1	Pensio annua cur in Emphyteusi præsic-
Feudum quid	4	tur
Fortuitus casus quis	11	Pensio Emphyteusis quibus in rebus con-
I nstrumentum quod propriè dicatur	17	stituatur
Instrumento perduto fit probatio per te-		19
stes	11	Pensio Emphyteusis modica
Instrumento perduto quomodo fiat proba-		28
tio	34	Pensionis pars an solui possit
Inuestituræ commoditas	39	Pensionis solutæ probatio cui incumbat
Inuestitura quando dari suscipique possit		28
per procuratorem	40	Permutatio emphyteusis an prohibita
I us Embateuticum	2	39
L Audemium præstat emptor	42	Perpetuarium ius
L audemium ex quo contractu debea-		2
tur	4	Personæ quæ vetantur querere Emphy-
Laudemium an spectet ad fructuarium	42	teusim
Legare et allegare quomodo differant	23	38
Libellarius contractus	4	Pretium arguit emptionem
Liberarerum suarum dispositio cuique con-		43
ceditur	32	Prælationis ius cur habeat dominus
Locatio ad longum tempus	8	32
Locationis et Emphyteusis differentia	8	Prouisio hominis tollit prouisionem legis
Locationis triplex species	8	25
M Ammonacum Deo pugnat	41	R E pro parte preempta, an pensio mi-
Mancipes qui	1	nuatur
et qui publicani	2	13
Mora lapsu dici quando contrahatur	27	Renouatio an sine scriptura fiat
Mora quando non noceat Emphyteutæ	20	25
Moram an Emphyteuta purgare possit	22	Renouatio inuestituræ cur fiat
Mulier non incarcatur	38	39
O blatio quando sufficiat ad pœnam vi-		Res interit periculo domini
tandam	30	7
Operæ non petitæ non debentur	26	Res Emphyteutica quando tota periuße di-
P AETI de non expellendo virtus	17	catur
P actum ne repellatur Emphyteuta,		13
an valeat	17	S CRIPTURA an in Emphyteusi necessa-
Partis solutio quando totius pœnæ com-		ria
missionem impedit	20	11
Pecunia neruus belli	2	Superficiarius contractus
Pecuniam an in Emphyteusi oportet in-		5
terucnire	3	T Abularij qui
Pecunia verbum latè patens	19	40
		T Tempus quo cessans possit expelli
		Emphyteuta
		19
		Testes an verbo instrumentoru veniant
		17
		Thesaurus in re Emphyteutica repertus
		ad quem pertineat
		13
		Tributorum onus pertinet ad Emphyteu-
		18
		tem
		Tributum et stipendum
		21
		V Endre quando quis cogatur
		33
		Venditione vetita an censeatur pro-
		hibita permutatio
		39
		Vendisse quando quis dicatur
		35
		Verba futuri temporis quando intelligan-
		tur ipso iure
		43
		Vno hæredum soluere cessante an res tota
		committatur
		20

F I N I S.

ENARRATIONES
IOANNIS CORASI
 TOLOSATIS IVRISCONSULTI
 IN TITVLVM CODICIS
 IVSTINIANI DE IURE
 EMPHYTEUTICO.

S V M M A E R E R V M.

- 1 *Agri vectigales.*
- 2 *Feuda nobilia.*
- 3 *Mancipes.*
- 4 *Pecunia, neruus belli.*
- 5 *Ius Perpetuarium.*
- 6 *Emphyteusis cur sic dicta.*
- 7 *Embateuticum ius.*
- 8 *Contractus Emphyteuticus an iuris civilis.*
- 9 *Actiones an de iure civili.*
- 10 *Emphyteusis quomodo contrahatur.*
- 11 *Pecunia an ad hunc contractum necessaria.*
- 12 *Emphyteusis quid.*
- 13 *Feudum quid.*
- 14 *Libellarius contractus.*
- 15 *Census quid.*
- 16 *Superficies.*
- 17 *Precaria.*

D E E M P H Y T E V S I S C O N T R A C T U S
origine, noua declaratio. Et cur sic dictus.

vectigales. 1 GRORVM + vectigalium origo, à bellis initium duxisse mihi videtur. Qui enim profligatis hostibus, victorias reportabant, prædam ita partiebantur, ut mobilia, vetus illud ius gentium sequuti, permetterent in vniuersum capiētibus^a: quanvis hodie decima pars Ducis soleat referuari. Prædia verò, cæteraque immobilia, non nunquam ducibus, aut militibus, præcipue Veteranis, pro præmio virtutis, & quod cæteri redderentur in hostem animosiores, assignabant^b. Idque gratuīto^c, ut videlicet nullam inde mercedem, nullum vectigal, nullum canonem præstarent, sed solam fidem, obsequium militare, ubi res exigeret^d. Quia nunc + feuda nobilia dividimus^e. Nā & à fide, vel fidelitate, immobile illud, quod fidelis obsequij gratia fruendum datur, Feudum (vocabulo latinis hominibus non satis noto) est appellatum^f. Puriores, fundum beneficiariorum vocant, Frequentius verò solebant vñctores, ex hostibus capta prædia publicare, hoc est, vñctricis recipublicæ dominio ascribere^g, ut illa postmodum daret excolendos agros conductoribus (qui + Mancipes.



a l. naturale. §. fin. l. trāf fugam ff. de acquire. do. §. itē ea qua. de rer. dñis.

b litem si verberatu. §. itē si forte. ff. de re. vend. l. Lucius ff. de euictio.

c c. j. §. imprimis, in qui. cau. feud. amit.

d c. j. de capit. Corrad.

e c. j. Quis dicat. dux. c. j. de prohib. feud. alie. per Lotha.

f c. j. §. fin. per quos fin. inueslit.

g l. sciptius. ff. de cap.

b l. qui fidei inffor. ff. loca.
l. si quis. C. de vectig. al. l. si
finita. §. si de vectigali-
bus. ff. de dam. infell.
i l. ff. de publica.

k l. j. §. j. ff. si ag. vectig.

l Cucero ad Brutum.

m Cicero prolege Mani-
lia contra Rullum, &
Philipp. v.

n l. cum sponsus. §. in
vectigalibus. ff. de publi.

o d. l. j. §. j. ff. si ag. vecti.

p in l. ei qui in fin. ff. de
seruitutib.

q l. sciendum. §. j. ff. qui
satisf. & in rub. ff. si ag.

vectig.

r d. l. sciendum. §. j.

s in rubric. ff. si ager
vectig.

t Aristotel. j. Oeconom.

v l. mediterranea. C. de

anno. & trib. lib. x.

x l. j. C. de offic. com. sac.

pala.

y l. priuat. a. C. de excus.

mu. lib. x.

z l. f. C. de loca. prædior.

simil. lib. xj.

a l. fin. ff. si ag. vectig. §.

emphyteusim & §. quod

autem de non alie. coll. j.

b l. iij. §. f. ff. de reb. co. l.

cum notis simi. §. fin. C. de

prescr. xxx. §. adeo. de lo-

ca. & hoc tit.

c Alciat. j. parerg. c. 36.

d l. j. j. & ij. hoc tit. l. j.

C. de off. co. sac. pala.

e Accurs. l. fin. in princ.

hoc tit.

f l. j. §. j. ff. si ag. vectig.

Accurs. d. l. f.

g l. sciendum. §. j. ff. qui

satisf. & totob. hoc titul.

h l. iij. §. f. ff. de reb. co.

i l. j. §. j. ff. si ager.

k l. f. ff. de superficieb. l.

bonorum. ff. de verb. sig.

l e. super quibusdam. §.

prætereat de verbos. sig.

m Alciat. j. parerg. cap.

xxxv.

n l. iij. C. de pignor.

pes^b, & Publicani ; dicti sunt) quò certa pensio, annuūscꝝ redditus, in ærarium inde perueniret ^k, vt egentि Reipublicæ si tempus ferret, quām commodissimè subueniretur. Quemadmodum enim maximus est in Republica nodus in opia rei pecuniariæ ^l, ita præsentis simum remedium pecunia : vt non immeritò vectigalia de quibus agimus, & quæ t̄ prouinciis olím imponebantur, neruos Reipubli- cæ, subsidia bellī, & ornamenta pacis. Cicero non uno in loco dixerit ^m. Agri autem ciuitatum qui ita locabantur in perpetuum, aut (vt Higinus de limitibus agrorum scribit, in centenos annos, vectigales appellati suntⁿ, quòd scilicet certum vectigal, pro iis Reipublicæ pen deretur^o. Et iij propriè (yt alibi docui^p) differunt ab emphyteuticis^q, qui propriè non sunt publici, vt vectigales, sed prætorum. Vnde perperam apud Martia. legitur vectigalem, id est, Emphyteuticum. cùm legi debeat, vectigalem, vel emphyteuticum^r. Sed cur emphyteuticorum nomen acceperint, inquirendum est. Igitur sciendum, solitos veteres prædia quæ ipsi colere solebant, aliis locare. Exulta quidē & fertilia ad tempus : sterilia verò, & penè deserta (quò plantationibus & omnī culturæ genere, fertilia, fœcundāq; commodius redderentur) in perpetuum, vt & olím Byzantios, pecuniis egentes, de publicis eorum agris fecisse, Aristoteles author est^s. Nam alioqui inuentus nem, tantum laboris, impendiorūmque voluisset conferre^t. Vnde, t̄ quòd in perpetuum solerent olím prædia, atque etiam'num soleant, excolenda, fruendāq; collocari, appellariunt Arcadius^z, Gordianus^z, & Theodosius^z, id genus contractus, ius perpetuum, aut perpetuūrum. Postea verò receptum, vt non in perpetuum modò, sed ad certum quoque tempus, agri colendi darentur^u. Vnde solet hic contratus, visitatione vocabulo, Emphyteusis dici ^b (quo t̄ nomine apud Græcos, implantatio siue insitio significatur ιμπτευσην enim, plantare est^v.) quod suscipient conductores, (qui postea emphyteutæ dicti sunt^w) sterilia, saxosa & squalentia prædia, vt plantationibus, & omnī politionum, culturæq; genere, fertilia redderent, & fœcunda^x. Quanuis & illud postea quoque receptum, vt res etiam fertiles, & cultissimæ, in perpetuum, & ad tempus, sub emphyteuseos lege, locarentur^y. Inde q; ius emphyteuticum^z. Porro autem, præter ius emphyteuticum, meminit Ulpianus^b, alterius cuiusdam contractus, non admodum dissimilis, quem t̄ ius Embateuticon vocat. Et cùm vox (ιμπτευσης) ius ingrediendi, & intrò pedem inferendi, significet, ius το ιμπτευσην, quod ingredi est, nonnulli putant, hac generali appellatione, intelligi ius quocunque, & facultatem possidendæ, detinendæq; rei, cuius proprietas alterius sit. Quale ius emphyteutæ habent, & agrorum vectigalium possessoresⁱ, Superficiarū item ^k. Alij ius Embateuticon, id esse dicunt, quod nunc Pedagium dicimus, hoc est, ius exigendi certam pecuniam à prætereuntibus^l. Nouissimi verò^m ex Etymologico magno, censem id ius esse, quod cre ditor in bonis debitoris sibi retinuit, propria au thoritate ea ingrediendi: vt vel pignoris ius re possideantur, iuxta legem Veriⁿ, vel in solutum cedant.

* *

CON

Publicani.

Pecunia
neruus
belli.

Emphyteu-
sis cur sic
dicta.

Perpetua-
rium ius.

Emphyteu-
sis.

Ius Emba-
teuticon.

CONTRACTVM EMPHYTEVSI, IV-

*ris gentium, non Ciuilis esse.*Emphyteu*s*
sis an iuris
ciuili.

R A E D I C T A † verò satis demonstrant, Emphyteu*s* ticum cōtractum, non lege ciuili, (sicuti vulgò creditū est) sed iure gentium introductum; quo cæteras quoque conuentiones, & obligationes institutas Hermogēnianus scribit^a. Exceptis quibusdam inquit, quæ iure ciuili sunt introductæ. Quæ quidem exceptio, non ad emphyteusim pertinere mihi videtur. Sed ad stipulationem^b, quæ præscriptis quibusdam verborum formulis, constat^c; Aut literarum obligationem^d, veletiam sponsalitiam largitatem, hoc est, donationē propter nuptias^e quæ veteribus Iureconsultis penitus incognita fuit, tantum abest, vt iuregentium sit introducta^f. Quòd autem Zenoniana lex propriam contractus emphyteuseos statuit naturam^g, fecit, non instituendo nouum conuentionis genus, sed incertum & confusum ab illis distinguendo, quibus cum omnino conuenire videbatur^h. Sicuti & qui spicas excutit, non, inquit Caiusⁱ, nouam speciem facit, sed eam quæ est detegit. Nec nos præterea mouerint Iustiniani verba, *Ac si naturalis esset contractus* k, quæ, vt & Theophilii interpretatione indicat, alium longè sensum habent; nēpe, vt si non nihil inter contrahentes conuenerit, id ita iustum sit & firmum, *ac si naturalis contractus esset*, id est, quasi esset ea certa natura contractus, quippe pacta, inquit Theophilus^l, naturam contractibus tribuunt^m. Nec obstat de ni que quòd hic contractus ante Zenonem, nec certam habuerit naturam, nec proprium nomē quod à Zenone ei inditum fuitⁿ, & ideò à nominante & componente, sicuti actiones^o inductus censri debet. Quo argumento maximè quidam nituntur^p. Nam pugnat pro nobis fortissimè hæc ratio. Siquidem, licet à iure ciuili actiones ante informes, vt pote quæ pro cuiusque captu ruditer intenderentur, compositæ sint, ordinatae, & certis præscriptæ formulis^q; Non tamen inuictæ iure ciuili, quicquid alij dicant^r, sed iure gentium; quo (tametsi villa necdum esset series agendi) iudicia nihilominus viguere. Nam & regia manu, hoc est, arbitrio & potestate regis, tempore quoque Romuli ius litigantibus dici coepit est, licet non ex iure scripto, nec ea formula qua post l.xij.tabu. Atque ita actiones indubie prodite^t. Cum autem hic contractus iurisgentium sit, & proprium habeat certumque nomen, alteri non conueniens, non dubito quin nominatus dici debeat, atque idem pariat actionem^u: quam alij condictionem ex lege vocant, alij præscriptis verbis^v, alij verò ex Emphyteusi ab ipso contractu eam denominantes^w. Sed grauior est huiusc rei tractatio, quam vt in hunc locum sit insulcienda.

Donatio
propter nu-
ptias.Expositus
§. adeo.Actiones
an de iure
ciuili.a *lex hoc iure ff. de inst.*c*jur.*b *§. de constituta. de act.*c *l.j.l.v. §. stipulatio. ff.*
*de verb. oblig.*d *§. j. de literar. oblig.*e *§. j. Ut sponsal. largit.*
*coll. ix.*f *§. est & aliud. de don.*g *l.j. hoc titul. §. adeo. de*
*locat.*h *d. §. adeo.*i *l. adeo. §. cum quis. ff.*
*de acquir. rer. dom.*k *d. §. adeo.*l *d. §. adeo.*m *l. j. §. si conueniat. ff.*
*deposit.*n *d. l. j. hoc tit. d. §. adeo.*o *l. j. §. deinde ex his. ff.*
*de orig. iur.*p *Salyc. d. l. j. coll. ult.*q *d. §. deinde.*r *Bartol. & ceteri in l.*
frater a fratre. ff. de codi.
indebit. DD. in rubr. de
*actio. in inst.*s *Dionys. Halicarnass.*
*lib. ij. Antiq. Roma.*t *l. ex hoc iure ff. de inst.*
*& iur.*v *liuris gen. in princ. ff.*
*de pact.*x *Accurs. d. §. adeo.*y *Accurs. Pet. & Ci-*
*tral. l. hoc tit.*z *Bart. l. vn. coll. penult.*
ff. de cond. ex l.

AN IN EMPHYTEVSI CONTRA-

Et u, summam ullam pecunia e pre-
*starior oporteat.*Pecuniam
an in Em-
phyteusi o-
porteat in-
teruenire.

V N C † porro contractum sic confici D.D. tradūt^a. Quia sicut in venditione pretium^b, ita in Emphyteusi certa concedenti domino datur quantitas, ac præterea modicus aliquis census annuè constituitur in recognitionem directi dominij^c. Cuius pretij, quod principio numeratur, quinquagesima pars ab Emphyteu-

a 2

a *Gloss. c. potuit de locat.*
*Bart. & alij l.j. hoc tit.*b *§. pretium de emp.*c *Cuth. qui res. ibi nec*
quod dedit. C. de sacro san.
eccles. l. priuatæ. C. de ex-
cus. mun. lib. x.

d l.f. vers. penul. hoc tit.
 e l. cum de indebito. ff. de
 probat. c. super hoc. de re-
 nunt.
 f l. s. j. ff. si ag. Vectig.
 s. adeo. de locat.
 g Aut. si quis ruinas.
 Aut. perpetua & in cor-
 pore. C. de sacro. ecclie.
 h s. emphyteusim. cum
 tribus sss. sequen. de non
 alien. coll. y.
 i Aut. qui rem. C. de
 sac. sanct. ecclie. c. fi. de loc.
 k d. s. adeo.
 l l. vbi dicam hoc tit.
 m l. fi. versic. pen. hoc tit.
 n d. l. fi. versic. penul.
 o l. s. j. ff. si ag. Vectig.
 l. j. l. possessores. C. defund.
 p. at. lib. xj. s. adeo. de loca.
 p. lex emptio. ff. de aet.
 empt. s. per traditionem.
 de rer. divisi.
 q. l. non sol. ff. locat. l.
 quirem. c. illo tit.
 r l. non solum. s. quod
 vulgo. ff. de vscapio.
 s l. s. id quod. s. j. & l. re
 pignoris. ff. de acqui. pos.
 l. j. C. co. de vscap.

a inl. j. hoc tit.
 b c. j. s. j. & seq. de inue-
 situr. de realie. fac.
 c c. j. s. in primis in quib.
 ea. feud. amit.
 d c. j. de capit. Corrad. c. j.
 s. sed nec alia qua fuit
 prim. caus.
 e l. j. s. fin. ff. si ag. Vect.
 d. c. j. de inuestit.
 f c. j. s. rursus quib. mod.
 feud. amitta. c. j. de alien.
 feud. c. j. s. donare qualit.
 plim poter. feud. alie.
 g Barto. l. s. finita. s. si de
 vectigalibus nu. g. ff. de
 damp. infect.
 h c. constitutus. de relig.
 domin. b.
 i Barto. l. j. s. j. ff. de publi-
 ca. glo. d. c. constitutus.
 k l. j. s. j. ff. si ag. Vectig.
 l. possessores in f. c. de fun.
 patr. lib. xj.
 l l. j. hoc tit.

ta nouo, pro inductione in possessionem, & signo nouæ acquisitionis
 nis, (quam in uestituram vocant) domino præstari debet^d. Ego ve-
 rò & non dubito, quin vsu sit inductum in plerisque partibus, ab eo
 præsertim tempore, quo fertiles & exculti fundi in Emphyteusim da-
 ri coeperunt, vt summa quedam pecuniæ, in ipso limine contractus
 inferatur. Neque enim facile, fœcunda sua ac pretiosa prædia, nullo
 accepto, quisquam est deserturus^e. Eam autem pecuniæ quætitatem,
 ad huius contractus substantiam pertinere, nusquam apud iuris au-
 thores legi, qui pensionis tantum annua constitutionem desiderantf.
 In Emphyteusi etiam Ecclesiastica^g, quæ tamen difficilius induci-
 tur, quæ priuati^h, & inducta faciliter multò tolliturⁱ. Nec obstat,
 quod magna sit inter emptionem, & hunc contractum familiaritas^k:
 nam plus, vt suo loco dicam, discriminis habent in recessu hi contra-
 ctus, quæ similitudinis præ se ferant^l. Quinquagesima pars autem,
 quam præstari oportet velut Symbolum nouæ acquisitionis^m, non
 est pretij numerati, aut conuenti, sed communis æstimationis, vt
 verba quoque Justiniani indicantⁿ. Ex prædictis & autem re-
 stè possumus Emphyteuim dicens, Contractum esse, quo res soli sub an-
 nua pensione in perpetuum plerunque colenda fruenda traditur, cum retentione
 tantum iusti dominij, alterius cuiusvis iuris in recipientem translatione facta^o.
 Quæ verba sati ostendunt, hunc contractum à venditione, & loca-
 tione diuersum, quæ in rebus quoque mobilibus iure contrahuntur.
 Et quoniam venditor nihil retinet, Sed omne omnino ius transfert
 in emptorem^p. Conductor vero dominium non acquirit^q, nec vla-
 lum quidem ius in re: Quinimo nec possessionem etiam naturalem^r,
 nisi nomine domini^s. Sed de his opportunius infrà.

Emphyteu-
sis quid.

QVANTVM DISTENT, FEVDVM, CEN- sus, Libellus, Superficies, & Precaria ab Emphyteusi.



E R V M enim uero quidam alijs sunt contractus, qui
 primam Emphyteuseos faciem referre videntur, cum
 multis interim nominibus differant, vt locatio ad lon-
 gum tempus (de qua mox dicemus^a) Feudum, Cen-
 sus, Libellus, Superficies, & Precaria. Feudum in pri-
 mis, licet hoc habeat cum Emphyteusi commune, vt
 penes & dantem dominium directum remaneat^b, vel eo tamen nomi-
 ne differt, quia gratuitum est beneficium^c: nullam ideo pensionem
 annuam, nullumve canonem sperans, sed obsequium duntaxat per-
 sonale^d. Vbi vero cliens (quem vulgus Vassallum vocat) aut Em-
 phyteuta, Beneficiarum fundum, aut Emphyteuticarum pro annua
 quoque pensione, alteri concedit, neque feudum erit, neque Emphy-
 teus, cum neuter concedens dominus sit^e, sed & nouo vocabulo, Li-
 bellarius cōtractus appellabitur^f; quanvis hæc duo, Libellus, & Em-
 phyteus, moribus hominum plerumq; confundantur, & promiscue
 soleant accipi^g. Contractus & vero Censualis, id tantum habet cum
 Emphyteusi commune, vt concedenti, haeredibus eius, annua pen-
 sio debeatur^h. Cum autem ob hanc pensitationem, ius vniuersum à
 se quis abdicet, idque transferat in accipientemⁱ, ab Emphyteusi sine
 dubio differt, qua vtile tantum dominium, abs se concedens remo-
 uet^k. Vnde, licet Emphyteuta cessans soluere triennio^l, & si ecclesiæ
 sit,

Feudum.

Libellus.

Censu.

fit, biennio^m, iure suo cadat; non tamen hoc ius commisit tribuit con-
 tractus Censualis, non solito censu etiam mille annisⁿ. Huc & quoq;
 superficie pertinere videtur superficiarius contractus^o, quo sub certa plerunque
 pensione domum, moletrinam, aut aliam soli nostri superficiem con-
 cedimus. Et quandoque nulla annua mercede constituta, veluti cum
 venditur, legatur, aut donatur superficies^p. Cuius conuentionis hæc
 est natura, ut dominium, quod vtile vocant, transferat in accipien-
 tem^q, & destruncta superficie (ruina puta vel incendio) contractus
 ipse finiatur^r. Distat autem superficiarius ab Emphyteuta, quia hic,
 cum superficie, solum, & meliorationes à domino recognoscit^s, cer-
 tamque quotannis ex hac causa pensionem honoris gratia præstat^t;
 Ille verò, nonnunquam sine ullo pensionis onere, superficiem possi-
 det^u. Nec meliorationes à domino habere dicitur^v, sed à seipso.
 Quocirca, potest sine domini consensu eas alienare, finitóque con-
 tractu quanuis nesciat, aut nolit dominus illinc auferre^y. Deniq;
 precaria. ^z prætereundus contractus precariae, quo conuentionis genere, res
 immobilis sub annua pensione, in perpetuum, vel ad tempus conce-
 ditur, cum pacto renouationis, de quinquennio in quinquennium,
 aut aliud tempus secundum morem regionis^z. Necq; alio nomine vi-
 detur hic contractus ab Emphyteusi differre, nisi, quod in precaria
 semper fit pactum de renouando, de certo tempore in tempus, ne tem-
 poris diuturnitate contractus memoria pereat^{aa}. Sed de Emphyteu-
 sis origine, diffinitione, ac similiūm contractuum differentia, hacte-
 nus dixisse nobis ad Zenonianæ legis interpretationem properanti-
 bus, satis erit.

Ioannes Corasius Tolosæ vij. nouembris, 1538. Repeitum
 Valentia vj. Iulij 1549.

L. Ius Emphyteuticarum.

- 1 Res perit periculo domini.
- 2 Pensio ab emphyteuta cur præstetur.
- 3 Emphyteuta habet ius in re.
- 4 Locationis & emphyteusis differentia.
- 5 Locatio ad longum tempus.
- 6 Alienationis verbum latè patens.
- 7 Argumentum à simili.
- 8 Conceptio quid.
- 9 Diffinitionis duplex significatio.
- 10 Actio qua ex emphyteusi oriatur.
- 11 Fortuiti casus.
- 12 Scriptura an in emphyteusi necessaria.
- 13 Clades.
- 14 Fatum, Fatalitas.
- 15 Res emphyteutæ quando tota periisse dicatur.
- 16 Alluisionis ius, an pertineat ad emphyteutam.
- 17 Thesaurus an sit emphyteuta.
- 18 Repro parte perempta, an pensio minuatur.
- 19 Emphyteutica res si coli non potest, cuius sit periculum.
- 20 Christiana admonitio.

- ^m turb. qui rem. C. de sac. sanct. eccles. ca. fin. de locat.
- ⁿ Glof. & DD. d. capit. constitutus.
- ^o l. superficiario. ff. de rer. vend.
- ^p l. j. s. j. & s. quod au- tem. Vbi Bartol. ff. de su- perficieb.
- ^q liy. s. penul. ff. de no. oper. nuntiat. d. l. super- faciario.
- ^r l. inter quos. s. damni. ff. de damn. infect. Bar. l. fi. ff. de superficieb.
- ^s l. j. & iy. hoc titul.
- ^t l. j. s. j. ff. ag. veclig. l. item si verberatum. s. j. Vbi Bal. ff. de re. vend.
- ^u l. j. s. j. ff. de superficie.
- ^x l. bonorum. versi. pen. ff. de verbo. fig.
- ^y l. sed addes. s. si inqui- linus. ff. locat. d. l. bonorū.
- ^z c. j. & final. de precar. c. precaria. j. & y. x. q. j.
- ^{aa} c. longinquitate xy. q. j.
- ^q Panor. in d. c. j.



V S Emphyteuticarium ^a neque conductio-
nis ^b, neque alienationis ^c esse titulis adiicien-
dum, sed hoc ius tertium ^d esse constituimus,
ab utriusque memoratorum contractuum fo-
cietate ^e, seu similitudine ^f separatum: conce-
ptionem ^g, item definitionemq; habere pro-
priam ^h, & iustum esse ⁱ, validumq; contractum ^k, in quo cuncta,
quæ inter utrasque contrahentium partes super omnibus (vel
etiam fortuitis casibus) pactionibus scriptura interueniente ^m ha-
bitis placuerint, firma, illibataq; perpetua stabilitate modis omni-
bus debeant custodiri ⁿ, ita vt si interdum ea, quæ fortuitis casi-
bus eueniunt, pactorum non fuerint conuentione concepta: si-
quidem tanta emerserit clades ^o, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ
per Emphyteusim data est, faciat interitum ^p: hoc non Emphyteu-
ticario, cui nihil reliquum permanxit ^q, sed rei domino, qui quod
fatalitate ^r ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habi-
turus fuerat, imputetur ^s. Sin verò particulare ^t, vel aliud leue con-
tigerit damnum ^u, ex quo non ipsa rei penitus ländatur substanc-
ia, hoc emphyteuticarius suis partibus nō dubitet ascribendū ^v.

SYMMIA L.



I conuentioni, qua prædia perpetuò fruenda sic locantur,
vt quandiu pro his pensio à coductore heredēve eius præ-
stetur, non liceat auferre recipienti, tanta fuit semper cum
venditione, & locatione similitudo, vt à quibusdam olim
existimatum sit, in alterutrum istorum contractum, ge-
nus illud conuentionis recidere. Quod cum fluctuantes iuris studiosos red-
deret, Imperator Zeno eum contractum ab illis seūnxit, Emphyteusimq;
vocauit: propriam ei naturam assignans, ac peculiares regulas, que ita in
suis finibus consisterent, vt neque prorsus ad venditionem, neque item ad
locationem inclinarent. Approbansq; præterea istiusmodi contractum,
constituit, vt quæcumque pactiones super fortuitis etiam casibus, illi, scri-
ptura præsertim interueniente, adiicerentur (modò non legibus, aut bonis
moribus repugnarent) stabiles essent & firmæ. Quod si nihil de fortuito
rerum periculo conuentum sit, & contingat totam rem, chasmate puta, pe-
rire, vt dominus qui rem concessit detrimentum agnosceret, Zeno edixit.
Sin verò ex parte res periret, ad accipientem (quem deinceps Emphy-
teutam dicemus) damnum hoc spectaret. Et hæc est Zenonianæ legis
summa.

RATIO

DE IVRE EMPHYT.

RATIO DVBITANDI.

*Res inter-
rit pericu-
lo dominio.*



ED CVM † rem pro parte etiam intereuntem, domini periculo perire constet ^a, semperq; maneat concedens, verus Emphyteuticae rei dominus ^b, videtur circa discrimen, quodcunque damnum amissæ rei, licet particulare ad dominum pertinere ^c. Aut saltem (vt in locatione Emphyteusi finitima ^d) mercedis annua, quam oportet ab Emphyteuta præstari, exonerationem fieri pro rata ^e. Econtra vero quibusdam videri posset, ad Emphyteutam omne omnino damnum spectare, sicuti ad emptorem perfecta venditione ^f: cum Emphyteus proxima sit emptioni ^g. Quæ sanè rationes legi nostræ negotium facessunt.

7

*a l.f. §.ff. de pignor. act. l.
pignus. C. illo tit.*

b l.j. §.ff. si ag. rectig.

c d.l.f. §.ff. d.l. pignus.

d §. adeo de locat.

*e l.f. uno. §. pen. ff. locat. l. li-
cet. C. illo tit.*

*f l. necessario. ff. de pericul.
l.j. C. illo tit.*

g d. §. adeo & hic.

RATIO DECIDENDI.



ER V'M, vt omnes quām commodissimē tollantur, ratio huiuscē constitutionis diligenter est inuestiganda. Quam D.D. quod attinet ad primum dictum, desumunt ex memorata à nobis regula, quæ peremptæ rei damnum attribuit domino ^b. Sed mihi probari non potest, cum ea attenta, particulare quoque detrimentum, aduersus Zenonis legem ⁱ, dominus agnoscere teneretur ^k. Putauerim † igitur & breuiter, quod cum propter rem ipsam, quò vis delicit dominum eius agnoscat Emphyteuta ^l, tenuis ille Census annuè præstetur ^m, re prorsus extincta, intelligi quoque debeat perempta pensio ⁿ, velut causam nō habens qua ntitatur ^o. Quod & Zeno verbis suis indicat ^p. Nam & quorsum penderetur, in recognitionem eius rei, quæ non extaret ^q? Quandiu vero supereft res, licet pro parte cladem acceperit, & sterilis fuerit prouentus, non minuetur pensio ^r: vt pote, quæ non ratione fructuum, sed substantia ipsius rei adhuc quoquomodo extantis, contemplatione, & in signum recognitionis dominij debeatur ^s. Vnde quandiu durat, vel minima rei substantia, durat quoque causa præstationis pensio ^t. Hinc patet Emphyteusim, quantum ad hæc spectat, cum locatione nihil habere commune. Cum enim conductor, in fructuum compensationem præstet mercedem ^u, piū & æquum est, propter sterilitatem eum pro rata remissionem cōsequi ^v. Si sterilitas illa, præcedentium annorum vbertate, repensata non probetur ^w. Sed nec cum emptione conuenire potest hac in re Emphyteusis: quandoquidem ex illa ius omne in vniuersum, & dominij, & vtilitatis, in emptorem accipientē transfertur ^x. Vnde, vel ex regula qua traditur, Rem eius damno, in cuius bonis est perire ^y, ad eum quodcunque pertinet periculum ^z.

*Penso an-
nua cur in
emphyteu-
si. præste-
tur.*

*Emphyteu-
sis an cum
emptione.
vel loca-
tione simi-
lis sit.*

*Emphy-
teuta quod
ius ha-
beat.*



VS EMPHYTEV TICARIV M.] Habet † igitur (vt hæc verba demonstrant) Emphyteutæ ius in re ^a, quod vtile dominium interpretamur ^b. Et ideo, tametsi veri & directi domini non sint, actionem tam in rem habent ^d aduersus quenvis possessorem; atque adeò contra ipsum dominum ^e, cui tamen solidam quotannis pensionem soluerunt ^f. Neque enim audiendus est, qui conduco loco, præter legem, & naturam locationis frui desiderat ^g. Vnde

a 4

h d.l.f. §.fi. d.l. pignus.

i d. §. adeo. & hac l.

k d.l.f. §.fi.

l c.j. de censib.

*m l.j. §.j. ff. si ag. rectig. l.
item si Verberatum. §. j. ff.
de rer. vend.*

*n l. domum. in princ. ff. de
cont. empt.*

*o l. generaliter. C. de episco.
& cler. cap. magna in fi. de
voto.*

*p in hac l. versi. cui nihil re-
liquum permanist.*

q l.eius qui. ff. si cert. petat.

r l.iij. C. de fund. patr. libr.

xj.

s d.l.j. §. j. ff. si ag. rectig.

t l.f. cum insulæ. ff. de vñfr.

*v l.f. in lege. §. pen. & ff.
locat.*

x l.f. uno. §. pen. ff. illo tit.

y l.licet. C. illo tit.

*z l. ex empto. ff. de action.
empt. §. per traditionem. de
re diuis.*

*aa l.f. §.f. ff. de pigno. actio.
l. pignus. C. illo tit.*

*bb l. necessario. ff. de pericul.
re. vend. l.j. C. illo tit.*

*a l.f. domus. §.f. ff. de leg. j.
b l. possessores. C. de fund. pat.
lib. xj.*

c l.j. §.f. ff. si ag. rectig.

*d l.f. cum venditor. ff. de
euictio. l.j. §. quod autem ait.
ff. de superficie.*

e d.l.j. §.fi.

f l.y. ff. si ag. rectig.

g l.j. §.f. ff. de loc. pub.

de non aliter leges Emphyteutis, ut nec colonis subuenire solent, quam si pensionibus paruerint^b.

- a** l.i.j. ff. si ag. rectig. §. adeo de locat.
- b** l.i.j. ff. locat. l. si vir uxori. ff. de dona. inter vir.
- c** d.l.j. §. j.d. §. adeo.
- d** l.i.j. ff. de act. et oblig.
- e** d.l.j. in prin.
- f** l. quastio. ff. de verb. signi.
- g** bac. l. & dicam infra.
- h** l. possessores. C. defund. pat. lib. xj. d.l.j. §. fi.
- i** l. non solet. ff. locat. l. qui rem. c. illo tit.
- k** l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vscap. l. i.j. C. de prescr. xxx.
- l** l. i.j. C. com. de vscapio.
- m** l. dominus. §. j.l. penul. ff. locat.
- n** l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matrim. l. i.j. §. generaliter ff. de impes.
- o** l. pen. §. fi. ff. de via pub. d.l. dominius. §. j.d. l. penult.
- p** l. si pendentes. §. si quid. ff. de vscusfruct. l. i.j. hoc tit.
- q** d.l. possessores.
- r** l. tutor. §. fi. ff. de pign. act.
- s** l. fi. C. si alie. res pign.
- t** l. solutum. §. soluta. ff. de pign. act.
- u** l. fi. hoc tit.
- v** l. oan. Imol. c. nulli. c. ad audienciam de reb. eccles. Fab. hic.
- w** l. i.j. §. j. ff. si ag. rectig. §. adeo de locat.
- x** Francisc. Aret. consil. lv. ias. hic.
- aa** cle. i. infi. de reb. eccles.
- bb** d.l.j. §. j.d. §. adeo.
- cc** Accursi. l. i.j. §. j. ff. de superficieb.
- dd** Bald. cap. litera. col. i.j. de dilat.
- ee** l. item si verberatum. §. v. Vbi Bald. ff. derer. Vend. Bald. d.c. litera.
- ff** l. i.j. §. quod autem vbi Bart. ff. de superficie. l. possessores. C. defund. pat. lib. xj.
- gg** §. alienationis de ali. & emphy. col. ix.
- hh** Accursi. penul. §. instituto. ff. de leg. i.j.
- ii** Glos. d. de i.j.
- kk** Accursi. l. fi. ff. si ag. rectig. Bar. d. §. quod autem.
- ll** §. locationes de alien. & emphy. col. ix.
- mm** d.l. fi. ff. si ag. rectig.
- nn** §. quod autem verific. neque de non alien. coll. i.j. alexand. conf. clxv. vol. i.j.

b **T**NEQVE CONDUCTI O N I S.] Quanuis cum locazione plurimum similitudinis præ se ferat Emphyteutis, vt potest, quæ perpetua locatio dicatur^a, & locationis exemplo^b, contrahatur sub annua mercede^c: reuera & tamen longè latèq differunt. Nam in mobilibus quoque, & solo consensu, locatio confici potest^d: Emphyteutis in fundis tantum, & agris^e, hoc est, in immobilibus^f, & scriptura interueniente^g. Quæ praeterea ius quodcumque in re, atque aedè dominium (quod utile vocant) transfert in accipientem^h. Cum tamen locatio nullam speciem dominij mutetⁱ, nec ullum ius in re tributat conductori, non quidem possessionis^k, præterquam nomine locatoris, & ad eiusdem utilitatem^l. Vnde, nec onera publicarum functionum, impensas^{ve} quæ perpetuam fundi respiciunt commoditatem, tenetur subire conductor^m. Quinimo, sumptus omnes (præter eos quos usu suo exigente fecit, & ad præsentis modo temporis fructumⁿ) utiliter factos, vel in mercedem imputat, vel à domino repetit^o. Cum tamen omnia omnino impendia, etiam maiora, pertineant ad Emphyteutam^p, velut fructus suo iure, & tanquam dominus percipientem^q. Nam & idè rem oppignerare potest^r, quanvis hoc non licet conductori^s. Licit è diuerso quandoque plus iuris conductor habeat: quia rem potest inuito domino alteri fruendam relocare^t; cum tamen non facile possit Emphyteuta successorem habere sine domini voluntate^u. Etiis præcipue modis, à locatione Emphyteutis distinguitur: ab illa, inquam, quæ contrahitur ad multos annos: Nam & quæ ad longum tempus fit, ab Emphyteuti, sicuti pleriq putant^x, non effectu, sed solo nomine differt. Emphyteuticus quippe contractus, aliud est nihil, quam locatio perpetua, sub modica pensione^y. Alij tantam inter hos contractus differentiam constituunt, ut nec de uno quidem ad alium argumentari posse velint^z. Ego vero præter locationem simplicem, quæ fieri solet ad modicum tempus^{aa}, duplicum locandi modum comperior: In perpetuum, videlicet, & ad tempus. Qui perpetuò fit, idem mihi cum Emphyteuti videtur^{bb}, si præsertim præstata pensio, ut assolet, fructuum quantitatí non respondeat^{cc}. quippe tunc dici non potest census, ut in locatione simplici, fructuum ratione præstari^{dd}, sed, sicut in Emphyteuti, in recognitionem dominij^{ee}, itaque ex hoc locationis genere transfertur utile dominium^{ff}, & res intelligitur alienari^{gg}. Ut merito proditum sit aduersus Accursium^{hh}, eum qui alienare prohibitus est, locare quoque in ceteros, vel milles annos, aut alio modo in perpetuum, vetitum censiⁱⁱ. Ad longum vero tempus duntaxat, facta locatio, veluti ad decennium^{kk}, aut aliud tempus, trigesimum annum non exceedens^{ll}, modò nominatim aliud non sit actum^{mm}, aut contracta non fuerit cum pacto de renouando, quo casu perpetua censeturⁿⁿ, simplicis locationis naturam magis, quam Emphyteutici iuris, mihi videtur redolere. Vnde poterit conductor eiusmodi, propter sterilitatem, remissionem mercedis,

Differen-
tiae inter
locationem
& Em-
phyteu-
sim.

Locatio ad
longū tem-
pus.
Contractus
emphyteu-
ticus.

Locationis
triplex spe-
cies.

Location ad
longū tem-
pus.

cedis, pro rata consequi ^o, & utiliter in fundum cōductum impensa, in mercede computare, vel à domino exequi ^{pp}. Atque ita in iis facti speciebus, plerisq; visum, quorum est receptio sententia ^q.

c GENEVE ALIENATIONIS.] Id est, venditionis. Quam expositionem suadet subiecta materia, & collatus huic Iustiniani locus ^a aperte confirmat. Putabant quippe veteres, emphyteusim, vel in locationem, vel in venditionem recidere. Quocirca Zenoniana lex lata est, quæ neque locationi, neque venditioni hunc contractum adiiciendum censuit, sed proprium fecit, ac speciale à ceteris omnibus scium estum ^b. Itaque non nos mouerit si quis dicat, Alienationis verbo latè patenti ^c, quemicunque modum translationis dominij, aut iuris in re, ac proindè emphyteusim q̄ia de agimus contineri ^d. Nam id verum fatemur, nisi subiectum legis thema vocabuli significationem coarctet ^e. Vt & in simili emptionis verbo, lex xij. tabul. omnem alienationem complectitur ^f, quod tamen propriè contractum designat, qui fit pretio interueniente ^g. Et tametsi generaliter consideretur, debet nihilominus ex subiecta materia contrahi, ad eam alienationem, quæ cum pretio fit ^b. Sanè verò habet hic contractus cum venditione communia quædam, sed præsertim dominij translationem ⁱ, ut ille scilicet: nam directum manet apud concedentem ^k. Quo nomine distat emphyteusis à venditione, per quam omne omnino ius, etiam directi dominij, vendor à se abdicas, & transfert in emptorem ^l. Sed & in illo differt quia in emptione, semel premium dignitati rei respondens, præstat emptor ^m. In emphyteusi vero, cēsus quotannis ⁿ, & is quidem tenuis, & modicus, qui nec cum fructibus quidem, utilitate certare possit: ut pote, qui honoris tantum gratia, & in recognitionem dominij præstetur ^o. Sunt & aliæ differentiae, quas hīc nihil attinet commemorare.

d GSED HOC IVS TERTIVM.] Sepulta veterum dubitatione, qui hoc ius emphyteuticum, vel venditionem, vel locationem esse putabant, constituit Zeno, nec huic, nec illi conventionis emphyteusim adiiciendam, sed tertiam speciem facere, propriam eidem naturam assignans.

e SOCIE TATE.] Hoc est affinitate, familiaritate, & ut subiicit, similitudine: quæ tanta fuit olim inter hanc, & illos contractus, ut plerique veterum putarint, venditionem, emphyteusim esse; Alij verò locationem.

f GSEV SIMILITUDINE.] Quæ propriè dicitur inter eos actus, qui conueniunt ut plurimum, licet in quibusdam differant ^a. A simili non verò nos argumentari posse, notissimum est ^b; quin plerunque cogimur, ad illud argumentum genus deflectere, cum non potuerint omnes hominum contruersiae legibus singulatim comprehendendi ^c. Quanuis non ignorem ceterorum omnium argumentorum, hoc periculo notissimum esse ^d. Ut quod non commentatoribus modò, sed ipsis quoque iureconsultis non semel imposuerit ^e. Licet enim similitudinem adesse sufficiat, respectu rei de qua agitur ^f, per quancunque tamen dissimilitudinem, tollitur argumentum.

b

^o l. si uno. §. pe. ff. locat. l. licet. C. ill. tit.
^{pp} l. dominus. §. j. pe. ff. locat. l. pen. §. fi. ff. de via pub.
^{qq} Bald. hic a ret. conf. lv.

^a §. adeo. de locat.

^b vt hic & d. §. adeo.
^c l. alienationis. ff. de verb. signific.

^d l. fin. C. de reb. alie. §. alienationis de non alien. coll. ij. cap. nulli. de reb. eccles.

^e vt hic.

^f l. statuliberi à ceteris. §. fin. ff. de statulib.

^g l. sciendum. §. deinde. ff. de adlit. edit.

^h l. fin. C. de præd. decur. lib. x. C.

ⁱ l. possessores. C. de fund. pat. libr. xj. k l. §. fi. ff. si ag. vctig.

^l l. ex empto. ff. de action. empt. §. per traditionem de rer. diuis.

^m l. ij. ff. de contrab. empt. Accurs. l. §. ff. de superficie.

ⁿ l. j. §. j. ff. si ag. vctig. §. adeo. de locat.

^o l. item si verberatum. §. j. vt Bal. ff. de re. vend. c. ij. de censib.

^a vt hac l. vbi Bal.

^b §. recl. de demanda. c. translat. de confit.

^c l. non possunt. l. sequen. l. ideo. ff. de legib.

^d l. j. §. penit. ff. ad municip.

^e l. Julianus scribit. ff. de sur. dot. l. inter stipulantem. §. si stichum. & §. sacram. ff. de verbor. oblig.

^f l. sufficit. ff. de cond. indeb.

Alienationis verbum quando contraheatur.

Emphyteusis in quibusq; similiatur venditioni.

similia que. Argumē tum à simili.

*g. l.ij. ff. de pignor; l. cum postu-
lassem. §.fi. ff. de damn. infect.
h. l.ij. C. de cond. insert.
i. l.ij. C. que sit long. consuet. d.l. suf-
ficit.
k. l.ij. postulauerit. §.ratio. ff. ad l. iul.
de adult. l. illud. ff. ad l. A quil. l. à
titio. ff. de verbos. oblig.*

*a. l.ij. §.stipulatio. ff. de verb. oblig.
b. loquicquid. ff. illo tit.
c. l. insurandum & ad pecunias. §.
ff. de qualitate. & §.pen. ff. de iure.
d. d.l. v. §.stipulatio.*

e. v. b. it;

*a. Cicer. in Top. Aristotel. ij. Postu-
l. & Topico.
b. l. mora. ff. de v. sur. l. suis. §.puto in
fin. ff. de hared. infit. l. quintu. ff. de
aur. & arg. leg.
c. d.l. suis. §.puto in prin.
d. l. omnis definitio. ff. de reg. iur.
e. Bud. d.l. omnis.*

f. Cy. Bart. Ang. Salyc. & Ias.

*g. l.ij. S. dolum. ff. de dol. l. quasitum
in princ. ff. de fund. instruc.
a. Lepistola. §.ij. ff. de pac.
b. l.ij. vbi Bart. C. de fund. patrimo,
lib. xj.
a. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. §.
ius autem. de iur. nat.
b. §. adeo. de locat.*

*c. l. iurisgentium. in prin. ff. de pac.
d. d.l. iurisgent. in princ. & hic.
e. Bar. l. vñ. ff. de cond. ex l.
f. l. actionum. §. ex contractu. ff. de
actio. & oblig.
g. Accurs. Pet. & Citra. hic.
h. l.ij. l. ij. l. quoties. ff. de prescript.
verb.
i. Accurs. d. §. adeo. DD. hic.
k. l. vñ. ff. de cond. ex l.*

l. l.ij. ff. de prescript. verb.

tum [§]: præsertim, vbi diuersitatis ratio reddi potest ^b. Vis quippe tota huius argumenti ex ratione defluit ⁱ, vt non admodum probabile sit argumentum, de expressis à lege casibus, ad similes: Nisi quatenus in his, eadem est ratio ^k. Quia in re, magnum ego iudicium interpretum desiderare soleo, qui simulatque vel minimum ex lege similitudinem aucepti sunt, in cæteros casus temerè digressi, itidem diffiniunt.

g. CONCEPTI O N E M.] Id est, solennem quendam, & velutiformularium contrahendi modum. Hoc tamen significat conceptio ^a, à verbo concipere, quod est solennibus verbis, & ad certam formulam exprimere ^b. Inde conceptio iuriſurandi ^c, conceptio verborum stipulationis ^d, & iis similia. Verum, quænam sit hæc conceptio in emphyteusi, non planè compertum habeo, nisi idipsum ad scripturam referamus, quam peculiariter ad hunc contractum lex desiderare videtur ^e.

h. Q D E F I N I T I O N E M'Q V E H A B E R E P R O
priam.] Hoc est, peculiares traditiones, certasq; regulas, aliis contractibus minimum conuenientes. Diffinitionis tamenque verbo, non hinc intelligimus orationem illam, quæ id quo de agitur, per breuem rerum substantiæ enarrationem explicat quid sit ^a, sed generalem traditionem, & certam regulam ^b, quam Græci ἀπόριωδες dicunt. Est enim diffinire, aliquid pro regula breuiter tradere ^c. Quo etiam modo definitionis verbum, tituli natura maximum suadente, apud Vlpianum ^d, cum veteribus accipiendum semper censu: dum ait, definitionem omnem in iure ciuili periculosam. Quanvis docti alioqui viri ^e, definitionis alteram significationem illi loco æquè conuenire defendant. Hinc porrò vides, quām feedè commentatores lapsi sint ^f, hinc probari tradentes, quod vulgo dicitur, illa censeri specie differre, quorum diffinitiones diuersæ sunt ^g.

i. S I V S T V M E S S E.] Et ideo utrumque seruandum ^a. Vnde nec poterit dominus, ei licet melior offeratur conditio, ab emphyteuta rem auellere ^b.

k. Q V A L I D V M'Q V E C O N T R A C T U M.] Et eum quidem iurisgentium ^a, ut aduersus cæteros, in Rubr. diffusè probatum est. Prætereà nominatum, cum ei certū, proprium, quæ nomen, nempe emphyteusis, inditum sit ^b. Vnde, cum iuriſgentium conuentiones, speciale nomen assumentes, actio nem pariant ^c, non dubium, quin ex hoc emphyteusis contractu detur actio ^d. Verum, tamen quænam illa sit, adhuc sub iudice lis est. Nam alij putant ^e, actionem ex emphyteusi, ab ipso contractu denominatam ^f. Alij in factum præscriptis verbis ^g, in quam confugimus, cum vulgaria deficiunt, atque visitata actionum nomina ^h. Alij vero, quorum sententia receptior est, conditionem ex lege competere volunt. Cum Zenonis constitutio non exprimat, quo genere actionis ex periamur ^k, & de conuentione nominata tractemus, ex qua nasci non potest præscriptis verbis actio, quæ pro contractibus tantum innominatis prodita est ^l. Cui sententia ego quoque subscribo. Nec me mouerit aduersantium ratio. Zeno nouam

Conceptio.

*Conceptio
iuriſurandi.*

*Diffini-
tio.*

Diffinire.

*specie dif-
ferre.*

*Dominus
non potest
Emphyteu-
tam expel-
lere.
Emphyteu-
sis contra-
Etius nomi-
natus.*

*Actio
qua detur
ex Emphy-
teusi.*

*Commu-
nis senten-
tia proba-
ta.*

nouam emphyteusis obligationem non induxit, sed, vt in
Rubr. plenè diximus, veterem tantum quibusdam nebulis
obductam digessit^m. Et conditione ex lege non agatur, nisi
quatenus lex nouam introduxit obligationemⁿ. Nam re-
spondeo quantum ad hæc, censeri satis hunc contractum à
Zenone inductum, à quo ruditis anteā informis, & confusus
planè distinctus fuerit^o. Ut & olim ius ciuale Papyrianum
appellatum est, non quia de suo Papyrius quicquam ibi ad-
iecisset, sed quod leges, inquit Pomponius^p, confusè & sine
ordine latas, compoñisset in unum. Hodie porro, disputatio
huiusc rei super uacanea videtur; cum nomen actionis non
sit necessum exprimi, sed factum sufficiat narrari, ex quo ius
agendi colligatur^q.

I **G V E L E T I A M F O R T U T I S C A S I B V S.**] For-
tuiti & casus in iure nostro propriè dicuntur, euentus inopi-
nati, qui nullo hominum consilio, nullave cura, aut diligen-
tia præuideri, præcaueriç possunt^r, vt incursus hostium, la-
tronumve^s; maris tempestas, vis fluminis, aduersa valetudo,
& iis similia^t. Quāvis & nonnunquā fortuitus casus, ad feli-
cem aliquem euentum, inopinatum tamen, referatur. Ut cùm
agit Iustinianus^u, de thesauro fortuito casu reperto, thesauro
nus enim donum est fortunæ^v.

m **G S C R I P T V R A I N T E R V E N I E N T E.**] Hinc
12 & euīdens fit, non nisi scripto pactiones emphyteutici contra-
ctus, atque adeò contractum ipsum perfici posse. Licet de
aliis negotiis, nihil regulariter referat, per scripturam, an alio
probationum genere constent^w. Nec ignoro D D. communis-
ter existimare, scripturam in hoc contractu minime necessa-
riam. Cæterum, apertior est hic locus, quam vt negari possit.
Ablatiis quippe absolutis vtitur, *Scriptura interueniente*, quo-
rum ea est natura, vt conditionem inducant b. Constat au-
tem conditionem præcisè, & ad vnguem esse seruandam^x.
Huc pertinet, quod Iustinianus emphyteuticorum instru-
mentorum non uno in loco meminit^y. Etratio manifesta:
quia cùm emphyteusis suapè natura perpetua^z, ad tempus
hominum memoriam excedens, ordinetur f, si aliud proba-
tionis genus sufficeret, posset facile ius domini perire, emphy-
teuta, hæredē eius callidē rem ipsam interuertente, & di-
cente pleno iure suam: & ita contrahentes aduersus omnem
& quietatem, decipi legis autoritatē^{aa}. Quia tamen in re, com-
primis spectandum censeo, quo iure ciuitas sit vfa^{bb}. Mutan-
da quippe temerē non sunt, quæ certam semper habuerunt
interpretationem^{cc}. Et optimā, inquit Paulus k, legum inter-
pres consuetudo. Sanè verò, si emphyteuseos instrumentum
forte deperditum esset, quia nimis iniquū foret, fortuito scri-
pturæ interitu, rei gestæ veritatem conuelli^{dd}, probato amis-
sionis casu^{ee}, poterit negotium ipsum testibus non de con-
tractu, sed de tenore instrumenti deponentibus, probari^{ff}. Sic
enim obseruatur in actis iudicij, aliisq; negotiis, quæ scripto
consignari debent^{gg}. Qua de re pluscula dicemus opportu-
niore loco.

n **G D E B E N T C V S T O D I R I.**] Contractus enim, ex

m d.s. adeo.

n d.l. vnf. de cond. ex l.

a l.j. §. hoc etiam. C. de veter. iure
encl.

p l.j. ad prin. ff. de orig. iur.

q c. dilecti. de ind.

a l.j. §. si eo tempore. ff. de admini-
rer. l. qua fortuitus. C. de pign. action.

b l. si res pupillaris. ff. de administr.

tut. l. in rebus. ff. commo. l.j. C. depos.

c l.j. §. si quis iudicio. & §. pen. ff.

si quis cautio.

d §. thesauro. de rer. dinis.

e l. si quis. §. ff. de acq. rer. domi.

a l. contrahitur. ff. de pignor. l. in re.
ff. de fid. inf. l. pactum quod. C. de
pac.

b l. ieiñis. ff. de vñsrl. atestatore.
ff. de condit. & demonstr. l. acceptis.
ff. ad l. Falcid.

c l. qui hæredi. §. j. l. Manius. ff. de
cond. & demonstr.

d l.j. & l.j. hoc tit.

e l.j. §. ff. si ag. rectig. §. adco de
locat.

f l. peregr. ff. de acquir. poss.

g l.j. C. de ius qui ven. etat.

h l. si de interpretatione. ff. de legib.

i l. minime. ff. illo tit.

k d.l. si de interpretatione.

l l. scut iniquum. & l. emancipa-
tione. C. de fid. inscr.

m d.l. scut.

n c. cum olim. in j. de privileg. l. fi. in-

princ. vbi accurs. hoc tit.

o cap. quoniam contra vbi DD. de

proba. d.l. scut.

Papyrus-
num in.

Fortui-
tus casus
qui.

Scriptura
an in Em-
phyteusi
neceſſa-
ria.

Instrumen-
to perduto
fit proba-
tio per te-
stes.

Fidem fer-
mare.

a l.j.s.si conuenias ff.de pos.

b l.j.in prin.ff.de const.pec.
c l.j.ff.de pact.

d in l.y.hoc sit.

e Auth.perpetua.C.de sacro sanct.
eccl.

b e.non afferamus.xxiij.q.j.
e Laurent.Pall.lib.iiij.c.xxlii.
d plin.lib.xvij.nat.histor.c.xxxij.

a lex conductio.S.open.ff.locat.
b plin.lib.yj.nat.histor.c.lxxx.
c Aristotel.in Meteor.
d l.verum.S.si locupleti.ff.de mino.
l.cum res.S.f.f.de leg.j.l.forma.S.
f.f.de tensib.
e Aristotel.in Meteor.

a l.domum.ff.de contr.emp.
b l.j.s.jff.si ag. rectig. S. adeo de
locat.

a Chrysippus lib.iiij.de prudentia.

b Sueton.in Tyberio.
e Manil.iiij.astronomico.

d Augustin.lib.y.de civitate Dei.
e D.Thomas libr.y.contra gentiles.

a l.pignus.C.de pig.actio.

b l.f.S.f.f.illo tit.
c ut hact.inf.

d l.j.S.jff.si ag. rectig. S. adeo de
locat.

conuentione legem accipiunt^a. Et cum dicit naturæ ratio, omnium hominum mentibus inscriptæ, ut fidem, veritatém, que colamus^b, nihil magis congruum humanæ fidei, quam quæ placuerunt inter contrahentes seruare^c. Sed de pactiōnibus emphyteutici contractus seruandis, paulo post comodius dicemus^d.

O **G C L A D E S.**] Hoc est, calamitas^a. Nam à ^f calamis, hoc est, culmis & segetibus, cladem plerique dictam volunt, quæ si calamidem, & calamitatem, ipsumq; frumenti calamus comminūtem. Alij verò à cadendo, quasi cadem. Alij à verbo Græco κλαδός, quod est amputo, frango. Vnde & clades bellica^b, pro strage, hoc est, cadaverum intersectorum multitudine, quæ dimicando seiuicem strauerunt^c. Ad quem sum dixit Plinius^d, Ab eo tempore quo sua sponte refloruit ylmus, cuius cacumen amputatum erat, in luce Iunonis, maiestatem populi Romani resurrexisse, quæ vastata cladibus ante fuerat.

p **G F A C I A T I N T E R I T V M.**] Quia terræ motu, aut profundo aliquo hiatu terræ, res emphyteutica ita deuorata sit, & exhausta, ut nusquam appareat^a. Quod natura non nunquam fieri, Plinius alibi docet^b. Græci χάσμα vocant^c. A quo verbo nec Iureconsulti quidem abstinuerunt^d. Vnde & chasmatiōnis aut chasmatis terræ motus, dum fremente terra, voragini eiusmodi, & hiatus terræ efficiuntur^e.

q **G C V I N I H I L R E L I Q V Y M P E R M A N S I T.**] Et quem adeo iniquum esset, ad pensionem yrgeri^a, quæ propter rem ipsam præstari debet^b, ut principio diximus.

r **G F A T A L I T A T E.**] Hoc est, casu, miseria, & calamita^c te, ex omni æternitate diffinita. Fatum ^f enim dicitur, quasi effatum, id est, dictum, & decretum Dei. Quod Chrysippus^a dixit esse naturalem quendam ordinem, omnium rerum, ex æterno aliis ad alia consequentibus. Nec porro desunt hodie, qui cum Tyberio Cæsare^b cuncta fato regi sic credant, ut in solubilibus necessitatis vinculis colligetur. Manili^c versum frequenter inculcantes.

Fata regunt orbem, certant omnia lege.

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Quorum sententiam à religione nostra quam maximè alienam pluribus obruit Augustinus^d, & Thomas^e. Qui igitur pī sunt, & Christiani, putant nullam vim fati, in homines asultare posse, nisi quatenus corpori fatalibus legibus obnoxio, mentem nostram addicimus. Sed de Fato, ne plus & quo longior sim, pleraque memoratu digna. Plato, Cicero, Seneca, Trimegistus, Augustinus, & Boëtius tradiderunt.

s **G I M P V T E T V R.**] Quoniā (inquiunt) periculum amissæ rei, pertinet ad dominum^a. Quæ ratio, sicut diffuse supra dictum est, non cohæret. Cum enim damnum pro parte, periculo quoque domini contingat^b, hac ratione attenta sequre retrur, re pro parte pereunte, in damnum pariter dominum vocari; quo nihil absurdius^c. Dicendum igitur, ut initio posuimus, quod cum pensionem præstet emphyteuta, propter rem ipsam in emphyteusim cōcessam^d, & quod in ea dominū alium

clades.

chasma.

Fatum.

rati neces
sitatis.

Emphyteu
sis cui er
etur per
eat.

alium agnoscat^e; re prorsus extincta, tanquam cessante causa ratione cuius debebatur f, debet emphyteuta pensione liberari g.

t **S P A R T I C V L A R E.**] Etiam ultra dimidiā, dum totam rem non absorbeat; quia, puta, maxima agrī portio, chas mate perierit ^a. Totam t̄ verò rem periisse, quidam videri volunt ^b, licet non nihil adhuc appareat, si non possunt fructus inde collecti pensionem æquare. Quæ sententia nullo iure confirmata, generalib[us]q[ue] Zenonis ^c verbis repugnans, p[ro]le risque ^d, nec immerito suspecta est. Quandiu enim aliquid vel minimum rei substantiæ supereſt, pensio debetur ^e; ut pote, in cuius præstatione nulla fructuum aut utilitatis, sed ipsius duntaxat existentiæ rei habeatur ratio f, in cuius recognitionem penditur g.

v **T D A M N V M.**] Quoniam igitur eum commoda sequi debent, quem incommoda comitantur ^h. Et contrariorum eadem estratio ⁱ. Sicuti damnum, ita emolumētum quod cuncte, rei emphyteuticæ accedens, speciatib[us] ad emphyteutam ^k. Nec ideo augabitur pensio ^l, sicuti nec econtra, propter damnum particulare minuitur ^m. Id que locum habet, siue commodum illud latenter obuenerit, veluti per alluisionē f: siue à solo appareat separatum, ut insula in fluminē nata ⁿ. Nec obstat quod occulto tantum, & latenti incremento augeatur vsusfructus, non etiam patenti ^o. Nā vsusfructus causa debilior est multo, ut pote, per quam, nec dominium quod rat fructarius, nec ius illud utendi transferat in hæredes ^p. Cum tamen constet emphyteutam dominum fieri, saltem utilem ^q, ad utilitatem etiam hæredum ^r. Cui ideo, velut fortiori vinculo subnixo, lex magis impertitur ^s. Non dubium est igitur quin adiectum per alluisionem, hoc est immoderatum aquarum concursum, agro emphyteutico, queratur emphyteutæ ^t, cum idem ius alluisionis transeat in fructuariū ^u, cuius causam æquè potentem non esse, mox probatum est. Et dici soleat, quod fundis nostris flumen adiicit per alluisionē, pro modo latitudinis prædicti, nobis acquiri ^v, eo scilicet iure, quo fundus ad nos pertinet ^w. Ut si iure dominij, aut quasi, vsusfructus, vel pignoris, noster sit, eodem ipso modo ad nos quod alluisione adiectum fuit spectet ^x. Et si fundus dotalis fuerit, dotale quoque sit incrementū alluisionis ^y. Unde de soluto matrimonio sicuti & ipsa res in dote initio constituta, restituendū ^z. Et seruiet pariter alluisione, si fundus seruiebat ^{aa}. Perpetuò nanque verū est, alluisionis additamentum eiusdem corporis censi, cum eo cui adiicitur ^{bb}. De thesauro

Alluisionis incrementum ad quem spectet.

Thesauros ad quem pertineant.

Reproposita, an penitus minuantur.

x **T A D S C R I B E N D V M.**] Vnde, nec eo nomine ei dimicetur pensio ^c, non fructuum contemplatione debita, sed substantiæ ipsius rei, quæ adhuc qualis qualis extat ^d. Vnde

e c.ij.de censib.

f l.generaliter.C.de episco. & cler. c.magna.infi.de rot.

g l.domum ff.de contr.empt.

a §.adeo de locat.

b Bart.hic.

c d. §. adeo. & hac l.

d saty.hic Panor.c.fi.de locat.

e liij.C.defund.patr.lib.xj.

f l.j. §.j.ff.si ag. veltig.d. §.adeo.

g l.item si verberatum. §. j. vbi Bald.ff.de rer. vend.c.ij.de censib.

a l.secundum.ff.dereg.iur.

b l.fi. §.fi.ff.de leg.ij.

c l.fi merces. §. vis maior. ff. locat.

d c.prohibemus. de censib.d. §. vis maior.

e liij.C.defund.patr.lib.xj.

f c.ij. §.penu.si de inuestit.feud.cont.

or. Accurs.l.de quibus. ff.de legib.

g §.insula de rer.divis.

h l.item si fundi. §. sed si in suis. ff. de vissfr.

i l.jff.de vissfr. §.fi. illo tit. in inf.

k l.possessores.C.defund.patr.lib.xj.

l l.j. §.jff.si ag. veltig.

m l.j.C.de edit.D. & dr.toll.

n d.c.j. §.penul. Accurs. & DD.d.l. de quibus.

o d.l.item. §. sed si insula.

p l.adeo. §.jff.de acqu.rer.do. l.j.in fine. C.de alluio. §. præterea de rer. divis.

q l.fi ego. §.item ait.y.ref. ff. de publica.

r l.fi fundus.in prin ff.de pigno.d.b. item. §. huic vicinus.

s l.jff.defund.docal.

t l.plerunque, in prin. & §.jff.de iur.dot.

u l.hoc iure. §.si aquam. ff. de aqua quotid.

x l.fi. C.de alluio.

y §.thesauros. vbi DD.de rer. divis.

z l.fi is qui. §.jff.de acqui.rer.dom.

aa vt hac l.

ab l.ij.C.defund.patr.lib.xj.

b vt hac l.

e l.forma. §.j. ff. de censib. lib.ij. C. de allusio.
d l.cum poffessor ff. de censib. l. Imp. ff. de publica. l.ij. C. de anno. & trib. lib. x.

e Accurſ. l.sancim. C. de aduo. di. iud. & in l.y. C. de apo. pub. lib. x.
f l.item ſi Verberatum. §.j. Vbi Bal. ff. de re. vend. c.ij. de censib.

g Lex conducti. §.j. l. ſfundus. §.fi. ff. locat.

h L.interdum. §.j. ff. de acquir. poff. l.cum vnuſ. §.fi. ff. de bon. uth. sud. pofid.

i hac l.
k l. qui bona fide. §.de illo. ff. de dān. infec.

l ut hic. in fi.
m l. licet. C. de acquir. poff.
n l. in rebus ff. commod. l.ij. C. depof.

o l. ex conducto. §.j. ff. locat.

p §.lex itaque. de non alie. coll. ij. & hic l.
q l.ij. C. de fund. patr. lib. xj.

r l.item ſi Verberatum. §.j. Vbi Bal. ff. de rer. vend.
s cij. de censib.

t l. quod meo. §.fi. ff. de acquir. poff. l. ſcaptiuo. §.j. & l. ſi quid bellv. ff. de capt.

u l. verum. §.fi. ff. pro ſoc.
x l. Labeo. j. §.fi. ff. de verbos signif.
y §. adeo de locat. & hic.

Z Columella j. de re Rust. cap. vij.

non obstat, quod census & tributa crescant, & decrescant, aut &ta vel diminuta re, propter quam penduntur^c. Nam hoc ideo, quia secundū cuiusque facultates, & pro modo tantum agrorum indicuntur^d, ad solidum, ut dicunt, & libram^e. Cum tamen emphyteutica pensio, sicuti dictum est, nulla estimatio rei habita ratione, sed in recognitionem tantum dominij

^f eius, praestetur f. Sed non emphyteuta, eorum annorum pensionem soluere teneatur, quibus propter hostium insultum, & inflatum bellum, res colli non potest^g. Vetus & commentatorum quæſtio. In qua crebrius receptum videtur, emphyteutam pro eo tempore liberari^h: Cum prædium censeatur prorsus amissum, ad quod propter hostium potētiam, aut aliam vim maiorem, cui resistī non potest, accedere prohibeturⁱ. Nisi tamen, inquit, vel periculum huius fortuiti causus, emphyteuta nominatim in se suscepisset^j, aut eo ipso tempore fundum accepisset in emphyteusim, quo iam hostes cooperant agros incurſare^k. Alij verò probabilius defendant, ad integrum pensionem interim emphyteutam nihilominus teneri, cum verum sit, necdum totam rem periisse^l; nempe cuius nec dominium ipse, nec possessionē amiserit^m. Et quoniam incurſus hostium fortuitis casibus annumeraturⁿ, ac species quædam censemur sterilitatis^o, casus autem omnes fortuitos, si non aliud conuentum sit nominatim, aut nisi totam ipsi rem perdant, in se mero iure suscipit emphyteuta^p. Cui præterea nulla fit pensionis propter sterilitatem remissio^q. Nec potest non esse vera hæc sententia, siquidem, ut sèpè dixi, pensionem non praestet Emphyteuta pro fructibus, sed honoris gratia^r, & in signum recognitionis dominij^s. Nisi tamen res emphyteutica iam effet ab hostibus occupata, cum tunc, & dominium, & possessionem amiserit, uterque dominus, scilicet, & emphyteuta^t: ac ita mutata in hunc modum rei conditione, res ipsa tota perempta censeatur^u. Amisisse quippe rem videtur, qui contra nullū, eius persequendi actionem habet^v, quo casu non dubium est, eum liberari^w. Sed & pietatis Christianæ semper hac in re fuerit, cum emphyteutis humaniter agere: ut non ab eis quancunq; licet pensionem auarius exigant domini. Nam veteres summum ius, summam crucem & malitiam existimarent. Cuius rei Lucius quoque Columella^x, nos alibi admonitos reliquit.

Ioannes Corasius Tolosæ xix. Novembris, 1538.

Repetitum Valentiae xij. Iulij 1549.

L. In Emphyteuticariis.

- 1 Conductor pensionem non soluens quando expellatur.
- 2 Paclī de non expellendo virtus.
- 3 Instrumenti verbo, an testes veniant.
- 4 Paclū ne repellatur Emphyteuta, an valeat.
- 5 Tributorum onus pertinet ad Emphyteutam.
- 6 Apocha, Antapocha.
- 7 Emphyteuta tenetur Apochas reddere domino.
- 8 Triennium continuum esse oportet.

Pensio

Quid si res
propter bel
lū coli non
potest.

Christiana
admoni-
tio.

- 9 Pensio emphyteusis in quo consistat.
 10 Pecuniae verbum.
 11 Partis solutio an commissi poena eximat emphyteutam.
 12 Mora quando non noceat emphyteuta.
 13 Deteriorata re an emphyteuta possit expelli.
 14 Tributum & stipendum.
 15 Emphyteuta non cadit nisi domino volente.
 16 Moram an emphyteuta purgare possit.
 17 Dominus an emphyteutam propria author. repellat.
 18 Allegare, & allegatio.
 19 Meliorationes quando repeatat emphyteuta.
 20 Conductor an impendia repeatat.
 21 Poena adiectionis non impedit ius repellendi.
 22 Dominus an sibi praejudicet pensionem recipiendo.
 23 Mora contrahitur lapsu diei.
 24 Debitor quando debeat ad creditorem accedere.
 25 Pensio an pro parte solui possit.
 26 Probatio canonis soluti, utri incumbat.
 27 Attestatio, detestatio.
 28 Protestatio, contestatio.
 29 Oblatio sola ad poenam vitandam an sufficiat.

IMPERATOR IVSTINIANVS

A. Demostheni P. P.



N Emphyteuticariis contractibus san-
cimus, siquidem aliæ pactiones in Em-
phyteuticis instrumētis ^a fuerint con-
scriptæ, easdem & in omnibus aliis ca-
pitulis ^b obseruari ^c, & de reiectione
eius ^d, qui Emphyteusim suscepit, si fo-
litam pensionem, vel publicarum fun-
ctionum ^e apochas ^f non præstiterit ^g. Sin autem nihil su-
per hoc capitulo ^h fuerit pactum, sed per totum trienniū ⁱ,
neque pecunias ^k soluerit ^l, neque apochas ^m domino tri-
butorum ⁿ reddiderit ^o, volenti ^p ei ^q licere eum ^r à præ-
diis Emphyteuticariis repellere ^s, nulla ei imposterum al-
legatione ^t nomine meliorationis ^u, vel ^x eorum quæ em-
ponemata ^y dicuntur, vel poena opponenda ^z, sed omni-
modo ^{aa} (si dominus voluerit) eo repellendo ^{bb}, neq; præ-
tendente ^{cc}, quod non est super hac causa ^{dd} inquietatus ^{ee}.
Cùm neminem oporteat conuentionem ^{ff}, vel admoni-
tionem expectare ^{gg}, sed vltro se offerre ^{hh}, & debitam
spontanea voluntate persoluere ⁱⁱ, secundūm quod &
anteriore lege ^{kk} nostri numinis generaliter cautum est. Ne
autem ex hac causa dominis facultas ^{ll} oriatur Emphy-
teutas suos repellere, & redditum ^{mm} minimè velle susci-
pere,

pere, ut ex huiusmodi machinatione triennio elapsō, suo iure is qui Emphyteusim suscepit, cadat: licentiam ei concedimus, attestatione ¹⁶ præmissa, pecunias offerre, hisque ob signatis, & secundum legem depositis¹⁷, minimè deiectionis timere periculum,

a l.j. si conueniat ff. depos.

b Cicer. j. officio.

c l.j. ff. de const. pec.

d l.j. ff. de pact.



VONIAM contractus¹⁸ ex conuentione legem accipiunt, nec magis quicquam conuenit homini bus, quam fidem, hoc est dictorum, conuentorumque; constantiam & veritatem ^b colere¹⁹, & ita quæ placuerunt inter contrahentes seruare^d: Docuerat lege præcedenti Zeno, quas cunque pactiones inter dominum & Emphyteutam firmatis & illibatas esse, ac modis omnibus custodiendas. Quod confirmans hic Iustinianus: ea pacta præsertim obseruanda tradit, quæ de reiectione eius qui Emphyteusim suscepit, si præfinitam pensionem non soluat, aut tributorum apochas, quas quitantias vulgo vocant, non reddat domino, adiecta in Emphyteuticis instrumentis reperiuntur. Quia de re finibil conuentum sit, & triennio continuo cessauerit Emphyteuta, vel soluere annum censum, vel reddere publicarum functionum apochas domino, tametsi nunquam eo nomine fuerit interpellatus, potest sine metu pœna adiecta in contractu, ab Emphyteutico prædio repelliri. Qui præterea nequit meliorationes, sed nec ea quæ Græci Empo nemata vocant, hoc est, impendia, quæ necessariò facta sunt, excolandæ sterilis rei causa, finita in hunc modum Emphyteusi repetere. Verum, ne hinc malefaciendi ansam domini captare possint, censum oblatum non recipiendo, quo, videlicet, valeant cessatione triennij continui suos Emphyteutas repellere, vult Imperator ab Emphyteutis oblatam pensionem consignari, & deponi posse. Quod si fecerint, omni deiectionis metu, periculoque liberantur. Ethæc est constitutionis nostræ sententia.

*Expositio
legi.*

RATIO DUBITANDI.



VAE vel ex eo dubia reddi potest, quod satis es se videatur, vel semel cessatum à solutione pensionis²⁰, ut res emphyteutæ auferri possit^b: Cum & simplex conductor rei nostræ, ob non solutam pensionem, statim expellatur^c. Et si conuerterit, ne ante finitum conductionis tempus repelleretur, bien nō saltem sufficiat cessatum esse^d. Sed hæc in simplici coloro, aut emphyteuta Ecclesiæ obtinent. In hoc tamen quippe cesatio duorum annorum sufficit^e; in illo, vel unius tantum anni, hoc est, unius pensionis f, aut biennij, si vel absit conductor, veletiam præsens sit, & fuerit actum, ne ante compleatum conductionis tempus, expelli posset^b. Nam ea tantum lege

*Conductor
cessans sol
nere, quan
do repelli
posit.*

- a l. rectigalia. §. fina. ff. de publica.
b Auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccl. §. si vero quis aut. locator de alien. & emphy. coll. ij.
c l. adem. C. de locat. d.l. rectigalia. §. fin.
d l. quaro. §. j. ff. locat.
e Auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccl.
f d.l. adem. d.l. rectigalia. §. fi.
g l. cum domini. ff. locat.
h d.l. quaro. §. j.

lege locator hoc casu pepigisse videtur, si colonus mercedem soluedo, cōtractu paruisse. Cui soli ratione cū Iulius paul. innitatur^k, & ea tunc quoque militet, cū vel vno tātum anno conductor pensionis solutionem moratus est, verius semper putauī, ob non solutam vnius etiam anni pensionem, statim posse colonum expelli: non † obstante pœnali pacto de non expellendo, cū ita conuenisse censeatur locator, sicuti diximus, sub conditione, si pensionibus viciſſim quoque conductor paruisse^l. Quamprimum autem apparet conductorem non soluere, dicitur defecta conditio^m. Et ita vis omnis pacti euanescit ipso iureⁿ. Nec obstat Pauli respōsum^o, quod in biennij tempore, nullam vim facit, sed duntaxat in tacita illa conditione: meminīq; tantum eius temporis, narrando factum, id eo q; nihil inde colligi posse notissimum est^p. Nam & dīci solet, Enuntiatiua verba neutiquam disponere^q. Et hæc obiter. Quod autem attinet ad emphyteutam & colonum, non obscura mihi videtur inter hos differentiæ ratio. Cū enim conductor nullum ius habeat in re, nec ullam possessionem^r, sed nudam duntaxat rei detentionem^s, emphyteuta vero, non ius in re tantum haberet, sed verē & propriè possideat^t, atque adeò dominus rei, saltē utlis intelligatur^u, facilius debet posse colonus sua deturbari possessione^v. Quod vero in emphyteusi Ecclesiastica duorum annorum cessatio sufficiat, Ecclesiæ singulariter indultū est^w. Et ideo nec ad consequentiam, nec ad argumenti rationem est tradendum^x.

L. quero
nouē decla-
rata.

Emphyteu-
tina ha-
bet poten-
tissim Col-
ono.

Instrumen-
tum quod
propriè di-
catur.

Testes an-
Verbo in-
strumento-
rum ve-
niant.

a GIN EMPHYTEUTICIS INSTRUMENTIS.] Admonet hic quoque locus, emphyteuticum contractum scripto perficiendum. Nec obstat † quod quidam dicebant, instrumentum, ab instruendo sic vocatum, dīci quocunque causam instruit. Et ideo testes, cū & ipsi causam instruant, instrumentorum appellatione contineri^y. Nam hoc ex lata quadam interpretatione receptum est^z. Propriè enim & significanter, scripturæ tantum publicæ, quæ videlicet à tabellionib; conscribuntur, instrumentorum verbo veniunt^c. Et ideo in legibus municipijs, quæ solent strictam recipere interpretationem^d, testes minime continebuntur^e. De quibus præterea, hunc locum accipi non posse, sequens verbum Conscriptæ, perspicuum facit.

b G C A P I T U L I S.] Hoc est, casibus, articulis, & quod vulgo dicimus, punctis^f.

c G O B S E R V A R I.] Contractus enim ex conuentione sicuti diximus, legem accipiunt^g. Etdictat naturalis ratio, vt fidem veritatēm^h colamusⁱ. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt inter cōtrahentes, nec legibus, nec bonis moribus aduersantia, seruare^j?

d G E T D E R E I C T I O N E E I V S Q V I E M P H Y T E U T I C I S F U S C E P I T.] Quanvis igitur † domino non oblit interposita generaliter pactio ne repellat Emphyteutam, quomodo nus ob non solutam pensionem, morosum extrudere possit^k: quod ita conuenisse dominus videatur, si viciſſim quoque pensionibus emphyteuta paruisse^l: Potest tamen inter do-

i L. ij. ff. si ag. rectig. d. l. quero. §. j.
k d. l. quero. §. j.

l d. l. ij. d. l. quero. §. j.
m l. cedere diem. ff. de verb. signif.
n l. item quia. §. j. ff. de pacl.
o d. b. quero. §. j.

p Accurs. l. vn. C. quand. non peten.
part. Glo. c. auditiv. de elect.
q l. ex his verbis. C. de teſt. milit.

r l. non solum. §. quod vulgo. ff. de
ſuſcipio.
s l. ij. C. de praſcrip. xxx. l. j. C. co. de
ſuſcip.
t l. j. §. j. ff. si ag. rectig. l. Lex recti-
gali. ff. de pignor.
v l. poffſores. C. de fund. pat. lib. xj.
x l. fi. C. de ed. D. Adria.
y §. ſcire. de non alien. coll. ij. c. fin. de
locat.
z l. quod vero. ff. de legib.

a l. j. ff. de fid. inſtr. l. notionem. §. in-
ſtrumentorum. ff. de verb. ſig.
b d. l. j. inſi.
c §. j. & tot. tit. de inſtr. caut. & fid.
coll. vj. Accurs. d. l. j.
d l. ij. §. hæc verba. ff. de nego. geſt.
e DD. in Rub. extra de fid. inſtr.

f l. per hanc. C. de temp. appell. §. fin.
de non alien. coll. ij. §. illud etiam de
appell. & intra coll. inj.
a l. j. §. si conueniat. ff. de poſit.
b l. j. ff. de pacl. l. j. ff. de conſtit. pecu.
c d. l. j. & l. iuris gentium. §. si pa-
cificari. ff. de pacl.

a ut hac l. §. fin. autem. verſicul. vel
paena.
b l. ij. ff. si ag. rectig. l. quero. §. j. ff.
locat.

e vt hic.
d l fundi. C. de fund. patr. lib. xj.
e l. si. C. de sacro sanc. eccl. s.
f l. si. si conueniat. ff. deposit.

g l. pacisci. ff. de pac*t*.
h l. si. sudex. ff. de minor. l. pen. C. de
pac*t*.
i l. cum precario. ff. de preca.
k l. i. & l. i. ff. illo tit.
l l. vbi ita. ff. de dona. cau. mor. d.l.
cum precario.
m l. i. ff. de cont. empt. l. i. j. C. illo tit.

n l. i. j. ff. si ag. ve*E*fig. §. adeo. de
locat.
o l. pac*t*la conuenta. ff. de cont. empt.
d.l. pacisci.
p vt hic.
q d.l. i. j. d. §. adeo.

r l. si. vnu. §. illud. ff. de pac*t*. l. con
ueniri. ff. de pac*t*. dot.
s l. cum donationis. C. de transact.
t l. i. hoc tit. vbi dixi. & d. §. adeo.

v l. in hoc iudicium. §. si conueniat.
ff. com. diuid.
x l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de
leg. i.
y l. in re communi. ff. de seru. vrba.
z l. si non fortem. §. si centum. ff. de
cond. indeb. l. si. C. com. diuid.
aa d. l. in re communi.
bb l. conueniri. ff. de pac*t*. dot.

a vt hic.
b l. possessores. C. de fund. pat. lib. xj.
c l. si. pendentes. §. si quid. ff. de vnu
fruct. l. si. c. sine censu.

a l. si. §. Titius. ff. de cond. ind. l. si ac
ceptatum. infi. ff. de acceptila.
b l. plures vbi accurs. C. de fid. in
strum.
c l. Imperatores. ff. de publica. l. si. C.
sine censu.
d vt hic.

mīnum, & emphyteutam conueniri nominatim, ne ob non
solutum canonem, ab illo, hic expellatur^c: tametsi fiscus sit
qui emphyteusim concedat^d, aut etiam, vt dicunt, Ecclesia,
quaē fisco comparatur^e. Nam & generaliter traditum est, con
tractus ex conuentione legem recipere^f, ratāscē pactiones ha
beri, quaē contra tenorem legis beneficium inducentis, con
scribuntur^g. Cūm possumus iis quaē pro nobis lex introdu
xit, liberē renuntiare^b. Nec obstat, quod nulla vis sit conuen
tionis, vt inuitō domino rem alienam possidere liceatⁱ. Nam
hoc verum in precario, cuius in eo maximē versatur substantia
tia, vt ad concedentis nutum reuocetur^k. Pactum autem sub
stantiae contractus repugnans, nullum est^l. Velutī, si emptio
ne conueniretur, vt esset sine pretio^m. Vnde nec in specie no
stra conueniri posset, ne canonem emphyteuta quoquomo
do soluere teneretur, si quidem impugnet hæc pactio, contra
ctus emphyteutici substantiāⁿ. Quia verò pacta contra con
ventionis principalis naturam vires habent^o, conueniri po
test, sicuti diximus, vt non expellatur emphyteuta, ob non so
luitum canonem^p, cūm hæc pactio naturæ tantum contra
ctus aduersetur. Quæ est, vt quotannis pensionem emphy
teuta soluat^q. Nec dici potest, quod tamen plerisque visum
fuit, conuentione hanc nullam esse, quasi per eam emphy
teuta ad delinquendum, hoc est, ad non soluendum inuiten
tur^r. Quandoquidem volenti, prudenti, q̄ nunquam dolus
inferredi dicitur^s. Et ad pensionem domino, sit alia via consul
tum, nempe actione ex contractu, hoc est, condictione ex le
ge Zenonis^t. Sed nec huc pertinere potest, eterum quorun
dam distinctio. An pactio, videlicet, ne repellatur emphyteu
ta, perpetua sit an temporalis, qua tamen Iul. Paul. in pacto
conseruandæ communionis v̄sus est^u. Habet quippe cōmu
nionis causa rationem diuersam. Cūm enim discordias soleat
& non modicas contentiones excitare^x: quarum finis est rei
communis diuisio^y: sanè nimiris iniquum foret, quem pactio
nibus in communione perpetuo contineri^z, nec v̄lo vñquā
tempore rem ad diuisiōnem peruenire^{aa}: sic enim rixis, &
armis tanquam ansa præberetur^{bb}.

e G P V B L I C A R V M F V N C T I O N V M.] Quarum
† onera emphyteuta agnoscere tenetur^a, quia possessor est
rei emphyteuticæ, fructusque colligit ad sui utilitatem^b. Tri
butorum autem, cæterarūmque publicarum penitiationū one
ra, pertinent ad fructuarios & possessores^c.

f G A P O C H A S.] Id est, † receptiones, & vt vulgo loquun
tur, quittantias; verbo enim ἀποχή Græci, receptionem quan
doque significant. Vnde Apocha dicitur scriptura, quam cre
ditor facit debitori, cūm ab illo debitū recipit^d. Ediuerso An
tapocha, chirographum designat, quod conficit creditori de
bitor, fatendo se debere, aut quid à se persolutum, vt in præ
stationibus annuis^b.

g G N O N P R A E S T I T E R I T.] Cūm præteritarum fun
ctionum nomine præsens rei possessor iure cōueniri possit^e:
† Emphyteuta † qui tributa, cæterasque publicas penitiationes,
tenetur agnoscere^b; postquam soluit fisco, apochas, hoc est,
syngr

*Pactū ne
penſio non
præſetur.*

*Communi
onis in
commodū.*

*Tributo
rū onus ad
Emphyteu
tam.*

*Apochā
cha.*

*Emphyteu
ta debet
reddere
Apochas
tributorū
domino.*

Committere in publicum.

syngraphas illas, quibus fiscus creditor sibi satisfactum affirmat^c: domino quoque reddere obstrictus est^d, ne si forte rei possessio, propter inconsultam alienationem^e, canonis cessationem^f, aut aliam causam, ad dominum reuertatur, prae*riti* temporis nomine, impeti, molestarive possit^g, atque ita Accursio, ceterisq; visum. Sed haec ratio longe nimis mihi petita videtur, ac proinde aliam esse puto. Ne, videlicet, moram facere possit Emphyteuta in solutione tributi, alteriusve publicae pensitationis, ob quam posset tandem res ipsa magno domini detimento, in publicum committi, seu, ut vulgo dicunt, confiscari^h. Hinc autem cognoscimus dignorem esse dominum concedentem, iisque potentius habere ipso Emphyteutam: cum passim lex prae*cipiat*, apud amplioris honoris virum, instrumenta communia deponi, & collocari^k.

Capitulū. h **G S V P E R H O C C A P I T U L O.**] Id est, super hoc casu, & articulo refectionis Emphyteutæ: si solitum canonem non soluisset, aut epochas tributorum non reddidisset. Nam & ad hunc sensum accipi capituli verbum, in iure ciuili mox indicauimus.

Tēpus quo cessans pos sit expelli Emphyteuta.

i **G P E R T O T U M T R I E N N I V M.**] Aut, * si Emphyteutæ Ecclesiastica sit, biennium^a, vtrunque tamen tempus continuū esse oportet^b. Nec alterutrum aliter sufficit, quam si pēlio, vt afolet, annua erat^c. Vnde si toto biennio, vel trienio, non nisi vna soluebatur pensio, quia forte semel tantum fructus colligebantur, duplicari biennium, aut triplicari trienium deberet^d, habita tantum eius temporis ratione, quo fructus percipiuntur, aut præstanda est annua pensio^e. Ut enim vnius annus viceni duorum refert, & repræsentat: si bis in anno fructus capiantur, ita duo, tres, plurēsve anni vnius loco duntaxat habentur, si non nisi vnius fructus eo tempore colligatur^f.

Pecunia Verbū latē patens.

Penso Em phyeutis quibus in rebus con stituatur.

Cessatio pro parte an noceat Emphyteuta.

k **G P E C V N I A S.**] Quod antè pensionem dixit, nunc pecuniā appellat; nimirum * significans, non in numis tantum, sed etiā in frumento, vīno, oleo, capis, gallinis, pullastris, & aliis id genus, redditum illum annum constitui posse. Pecuniae, * quippe generale nomen à pecore sic dictum^a, quod omnis veterum substantia consisteret in pecoribus^b; in vniuersum res omnes cōpletebitur^c. Quanuis pro subiecta materia quandoque restringatur, vel ad pecuniā numeratam^d, vel ad res constantes pondere, numero, vel mensura^e, vel ad res mobilēs parui pretij^f. Neque enim emphyteutæ pensio, præscribi solet in fundis, aliis ve rebus immobilibus. Nec etiam in iuribus incorporalibus, neque præterea in numis duntaxat, sed in modica humorum, frumenti, vīni, oleive quantitate, aut rebus aliis mobilibus, non magni pretij, præsertim ædilibus, quæ paruo tempore consumuntur; vt capis, gallinis, anseribus, & pullastris. Quod quidem iam vetus est, & maiorum exemplo in omnibus Galliæ partibus vñitatum.

Sanè vero * quod h̄c dicitur, Emphyteutā qui pecunias, hoc est, pensionem soluere cessat, repellere posse: procedit etiam, si pro parte tantum cessatum foret^g. Cum ad poenam euitandam, debiti partem non satis sit soluere^h. Id'q; verū est adco-

c l.f.i. §. Titius ff. de cond. indeb. l. plus res. C. de fid. instr.

d vt hic.

e l.f.i. hoctit.

f vt hac l.

g l.cum possessor. ff. de censi. d.l. Imp. & d.l.f.i.

h l.debitor. ff. de neg. gest. l.fraudat. l.commissa. ff. de publica.

i l.j. §. fi. ff. ag. vñitig.

k l.s. quæ sunt. ff. famil. ercif. l.f.i. C. de fid. instr.

a Auct. qui rem. C. de facros sanct. eccles. c. fi. de locat.

b §. scire autem. de non alie. coll. q.

c Bald. l.ij. C. de locat.

d l. si sic constituta. ff. quemad. seru. amitt.

e l.diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrimo.

f d. §. quod in anno.

a plin.lib.xvij.nat.histor.c.ij.

b c.totum. j.q.ij.

c l.pecunia verbū. l.pecunia nomine. & l.propemodum. ff. de verb. signific.

d l.sed Julianus. §. mutui. ff. ad Matcedon.

e l.j. §. fi. ff. si cert. petat. l.talis scrip tura. ff. de leg. j.

f vt hic.

g l.ij. §. si quis tabulas. ff. ad syllan. Letiam si partis. ff. de leg. j. l. quan diu. C. de distracti. pig.

h l.heredes. §. idem iuri. ff. fa. ercif.

l.v. §. fi. lin executione. §. penul. ff. de verbor. oblig.

i l. quanvis rationes. ff. de cond. & demonfr.
k Caſtrenſ. d.l. in executione. §. pen.
l l. responſa fide. ff. de contrah. empt.

m l.j. §. j. ff. si ag. rectig. §. adeo de locat.
n DD. Auth. qui rem. C. de ſacros. eccl. & in c. fi. de locat, taf, hic nu. b. y.
o l.j. §. illud ff. de contum, cum eman cipatione, l. ſi proprietarius. §. pen. ff. de damn. infect.
p Accurſ. l. communi. ff. com. diuid.
q l.j. §. ex iis. ff. de verbo. oblig. a. l.
Pratoria. j. §. incertam ff. de prator. ſtipul.
r l. hæredes. §. idem iuri. ff. fa. ercif.
l. v. §. fi. l. in executione. §. penul. ff. de verbor. oblig.
s l. in conſequenter. §. final. & d.l.
hæredes. §. ſi vnuſ. ff. fa. ercif.
t l.j. C. ſi cert. petar.
v l. y. in princ. ff. de transact. l. elec-
tio. §. j. ff. de noxal. l. mandatum. ff.
mandat.
x l. ſi. ff. ad ſyllan. l. cui vſuſ fruct. l.
rem in ſi. ff. de euſtuſ,
y l. in fundo. ff. de rer. vend. l. conue-
niri. ff. le paſt. dotah.
z l. plus cautionie. ff. dereg. iur.
a l. itaque. §. fin. ff. de furt. §. furti. de
oblig. quæ ex delict.
b l. ſupra. §. apud feracem. ff. de aq.
plum.
c d.l. hæredes. §. idem iuri. d.l. v. s.
fi. d.l. in executione. §. penult.
d l. y. §. Cato. ff. de verbor. oblig.
e l. Celsus. ff. de recep. arb.

vt ſi vel minimum ſuperſit, puta, numus vnuſ, niſi forte per errorem aut imprudentiam minus ſolutum eſſet¹; plerique putent, nihilominus emphyteutæ rem auferri poſſe^k. Quod ego nec æquum, nec verum puto^l. Cūm nullus contemptus, nullavé fraud h̄ic argui poſſit. Et ſolutione maximæ partis recognitum fuerit omnino dominium, ob quam cauſam pen- ditur penſio^m. Quæ ratio cūm cefſet, vbi in illo ſolo numo, aut alia re minima penſio tota conſiſtebat, hac in parte non improbo, quod communiter receptum eſtⁿ, ceſſatione iſtiuſ modi, poſſe emphyteutam iure ſuo priuari^o. De illo porrò di- bitari ſolet, an vno plurium hæredum ſoluere ceſſante, tota res domino committatur? Quod crebrò DD. exiſtimant^p. Cūm ex hæredum perſona nō immutetur qualitas obligatio- niſ^q. Et in defuncto, ſicuti diximus, non impediat particu- laris ſolutio, totam poenam committi^r. Nec propterea, in- quiunt, huius delictum, negligentiam ve illis obelle quiskuā dixerit. Cūm indemnitatē ſuam à cohærede, cuius, id eſt, culpa factum conſequātur^s. Mihi tamen viſa ſemper eſt hæc ſententia, longè latēq; à vero abeſſe. Cūm enim obligationē lex xij. tabul. inter hæredes pro rata diuidiſcrit^t, paſſimq; iura dicant, neque dolum, neque desidiam alicuius alteri nocere^u, iniquum nimiris eſſet, ob cohæredis negligentiam, reliquos iu- re ſuo priuari^v. Nam alioqui facile poſſet hæredum vnuſ, cum domino colludendo, cæteros fallere, ac decipere. Cui ma- litiae ac calliditati, obuiam eundum eſt^w. Nec ad rem pertinet, quod dicunt, aduersus delinquentem cohæredibus actionem dari, quām eorum intereſt. Nam cūm tutius ſit rei incumbe- re, quām personæ^x, non ideo censentur cohæredes, non pati damnum, quod eis aduersus alios regreſſus detur^y. Nā quid (inquit Paulus in ſimiſi) ſi cohæredes non ſoluendo fierent^b? Quod autem dicitur, ſolutio ne partis, non impediri totius poenę commissionem; in poena conuentionali locum habet^c, non etiam in legali, respectu ſaltem hæredum, & vbi poena obligationem diuiduam reſpicit^d. Nec nouum, mitius agi cum lege quām cum homine^e.

G S O L V E R I T. Nulla legitima cauſa impeditus. Quid enim ſi toto bienniū, vel trienniū tēpore, publicis vinculis con- ſtrictus fuerit^f. Aut aduersa valetudine prohibitus emphy- teuta^g. Et crediderunt omnes, ob ceſſationem eiusmodi, em- phyteutam non poſſe repellī^h. Nam & difficultas, licet non impediat obligationem^b, à mora tamen, & poena, ne commit- tatur excusatⁱ. Mihi verò ſemper aliud viſum eſt. Cūm em- phyteuta ſit ad dandum obligatus^j, penſionisq; quam dari oportet ſolutio, per procuratorem fieri poſſit^k. Valetudines autem, vincula, ſimilēq; infelicitates, in iis tantum actibus excuſare ſolent, quæ factum, aut præſentiam personæ deſide- rant^l. Nec in obligationibus dandi, ſuperueniens difficultas excusat^g. Quod hoc caſu præſertim recipiendum eſt, ob cen- ſus tenuitatem, qui præſtari debet^h. Eo porrò caſu † putauie- rim, emphyteutæ moram inculpatā, quo dominus, aut aliis pro eo, cui penſio ſolueretur, nō appareret^l: quia puta deceſſiſ ſet ſine hærede, aut toto bienniū, vel trienniū tempore, faciuſ ſet

Vno hære-
dum ſolu-
re ceſſance
an reſtoſa
commiſſa-
tur.

Partis ſo-
lutio quan-
do totius
poena com-
miſſionem
impeditat.

Emphyteu-
ta ex qua-
cauſa ex-
cuſetur.

Mora quā
do Emphy-
teuta in-
culpatā.

set hæreditas ^k. Neque enim imputandum est debitori, qui cui soluat neminem habet^l. Si tamen inquiunt, protestetur se paratum soluere, iuxtaç constitutionis nostræ consilium, debitam pensionem obligeat & deponat ^m. Quod certè tutius est, idç si sequantur, sunt omnino extra periculum Emphyteutæⁿ. Cæterum id necessarium minime puto^o, cum Vlpianus dicat, debitorem qui non habet cui offerat, securum esse^p. Securus autem non esset, si protestatio illa & consignatio pecuniae, necessaria foret. Quod Aretinus pulchre tractat^q. Sane verò contra debitorem, qui non existit, per solum dierum pensionem, committifateor, etiam hæreditate iacente^r. Verum alia est causa creditoris non apparentis, & alia debitoris non extantis. Nanque creditore non extante, nihil prorsus est quod imputetur debitori, qui etiam si maximè vellet, non posset soluere^s. Quæ ratio cessat apparente creditore, licet iaceat hæreditas. Imputari quippe potest hæredi, cur non celestius hæreditatem vel agnoscit, vel recusat^t. Qui non alia forte causa moratur aditionem, quam ut creditori noceat. Porro autem, quemadmodum ob non solutam pensionem Emphyteuta repellere potest^u, ita & ob rem deteriorem factam^v, veluti, si arbores fructiferas excidat^w. Et quanvis in emphyteuta tantum Ecclesiæ, hoc lex exprimat^x, communis tamen interpretum consensus, ad emphyteutam quoque priuati traduxit^y. Cum eadem sit omnino ratio^{bb}, immo maior, siquidem grauior arguatur culpa, in deterioratione rei, quam in cessatione solutionis. Hic enim negligendo tantum delinquitur, illuc faciendo^{cc}. Adde si placet, quod Emphyteuta conductor est^{dd}. Conductorem autem, qui male versatur in re locata, repellere posse constat^{ee}. Rem tamen deteriorem, hoc casu factam non iniuria interpretantur, quæ magnam aliquā clamdem accepit, cedentem videlicet, ad perpetuam deteriorationem rei^{ff}, non fructuum duntaxat. Vnde, si minus sollicitè coleretur ager, & ideo pauciores fructus colligerentur, non posset queri dominus^{gg}; cum ad eum non spectet communum fructuum, sed ad emphyteutam^{hh}, qui re sua non vtit tantum, sed abutiturⁱⁱ.

Emphyteuta ob rei quoque de terioratio nem repel latur.

Epochæ. m **G N E Q V E A P O C H A S.**] Hoc est, conscriptiones illas liberatorias, quas creditor facit debitori, de recepto^{kk}. Vulgus, Quittantias vocat, ut diffusius mox attigimus.

n **T R I B U T O R V M.**] Tributum^a à contributione, aut tributū. 14 (quod magis placet) ab eo quod militibus tribueretur, Vlpianus sic appellatum scribit^a. Principio nanque pro annona militari, hoc est, militum alimonia & exercitus, hoc oneris subditis impositum fuit^b. Ut, scilicet, prouinciales (Italica nanque prædia semper exempta fuere) certum quid quotannis, secundum iugerum numerum, & cuiusque fortunæ, ad alendum exercitum Cæsari penderent^c. Hodie quod militibus datur, stipendium dicitur. Quod verò subditi quoquomodo principi præstant, aut Reipublicæ tributum^d ex quo princeps militibus stipendia soluit. Vnde Cornel. Tacitus^e. Neque quies gentium (aut) sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi queunt.

stipendium.

- k* l. si prædio in princ. ff. de in di. ad dict. l. iij. §. toties ff. de damn. infec.
- l* d. l. pecunia. §. fi.
- m* l. fin. ff. de l. commiss. l. acceptam. C. de vñfur.
- n* d. l. iij. §. toties in fi.
- o* l. cum quidam §. si pupillo & d. l. pecunia. §. fi. ff. de vñfur.
- p* l. si fundus. §. fi. ff. de leg. commiss.
- q* Francise. Aret. conf. clxj.
- r* l. addiem. ff. de verbos. oblig.

- s* d. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vñfur.
- t* l. final. §. & hac quidem. C. de iur. delib.

- v* vt bac.
- x* Autb. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. c. fi. de locat.
- y* l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat.
- aa* l. in fraudem. §. conductio & tropique Barr. ff. de iur. fi. c.
- bb* d. Autb. qui rem. d. c. fi.
- cc* DD. d. Autb. qui rem. & d. c. fi.
- dd* l. illud. ff. ad l. Aquil.
- ee* Accurs. l. semel mora. ff. sol. mat.
- ff* l. j. s. j. ff. si ag. veitig.
- gg* l. iij. C. de locat.

ff d. l. diuortio. §. si fundum.

- gg* Bal. d. Autb. qui rem.
- hh* d. l. j. §. j.
- ii* l. sed & si lege. §. consuluit ff. de pet. hæred.
- kk* l. fi. S. Titius. ff. de cond. ind. l. plures. vñl. Accurs. C. de fid. instr.

a l. ager in fi. ff. de verb. fig.

- b* Accurs. in rub. C. de anno. & trib. lib. x.
- c* l. de iis. C. de episc. & cler.
- d* l. fi. c. sine censu.

e vt hic.

- f* P. Cornel. Tacit. lib. xx. Anna- lium.

O DOMINO REDDIDERIT.] Non solum tenetur Emphyteuta tributa cæterasque publicas functiones solvere, sed eius rei syngrapham, & quicquid factum à Fisco creditore, domino reddere. Cuius rei rationem exposuimus supra.

P VOLENTI.] Ergo † propter hanc solutionis cessationem non extinguitur Emphyteutis ipso iure, sed ita demum, si dominus velit ^a. Atque adeò, ut alius à domino non possit emphyteutem opponere de canone non soluto. ^b Et si malit dominus rem retineri, non poterit ipsam emphyteuta deserere. ^c Et si celeri satisfactione moram purgare velit Emphyteuta, potest ^d.

Cum † tamen constet purgationem more non admitti, ubi poena ipso iure irrogatur, tanquam executio sit à lege facta ^e. Nec hac in re me fugit à plerisque creditum, Emphyteutam priuati nullatenus morā purgare posse, cum diem & poenam lex adiicit ^f. Et dicit soleat, ubi dies est & poena, moræ purgationem non concedi ^g. Deinde, quoniam Gregorij constitutio ^h de emphyteuta Ecclesiæ loquitur, cui hoc amplius lex indulget: quia non nisi bisennio expectatur ⁱ. Et grauatum in uno, in alio æquum est subleuari ^k. Postremò, quoniam ius pontificium moræ purgationem facilius permittit ^l. Cæterum superior sententia citra discriminem mihi multo probabilius semper visa est. Cum casus sit lege pontificia expressus ^m, nec ciuiles sanctiones contradictant ⁿ, multoque magis in emphyteuta priuati dicendum, cum Ecclesiæ iura magis faueant ^o. Nec adhuc interpretibus planè exploratum est, an dies cum poena purgationi moræ sit impedimento ^p, præsertim ubi dies non est expressa, sed tacita ^q, aut dies, & poena non ab homine, sed à lege adiicitur. Cum soleat agi mitius cum lege, quam cum homine ^r. Cæterum, si dominus voluerit, iam inde dicimus emphyteutam cadere ipso iure, non expectata etiam iudicis sententia ^s: cum dederit lex domino facultatem repellendi, deiiciendi ve emphyteutam ^t; non simpliciter quidem, sed præcisissimæ dictiōibus vfa ^u, omnino, & omnimodo, quæ sonant ipso iure ^x. Nec me fugit quosdam, Scæuola responsu ^y subnixos, aliter sentire. Et quia Iustinianus verbo *Cadat*, vtitur ^z, quod cum futuri temporis sit, non operatur ipso iure, sed sententiam desiderat ^{aa}. Verum haec, nec tantillum quidem nos mouerint. Nam quod ait Scæuola ^{bb}. *Pronuntiatum esse secundum legem fundum, cuius pensio præstata non erat, domini esse*: non infert requiri iudicis sententiam, sed magis ostendunt ea verba, fundum ante sententiam agentis dominii fuisse, alioqui iudex non pronuntiaret fundum domino quæsum, sed emphyteutam fundo priuaret, eundem q̄ fun- dum adiiceret, & adiudicaret domino ^{cc}. Verba autem futuri temporis, ut & alterum tollamus, eo casu operantur ipso iure, cum illis adiunctæ sunt dictiones præcisæ ^{dd}.

Q E I.] Domino, scilicet, quod licet leue, annotandum duxi, propter dictiōem *Eum*, quæ mox sequitur.

G E V M.] Emphyteutam, etiam si Ecclesia sit, quæ rem suscepit in emphyteutis ^{ee}. Generalis quippe est legis nostræ determinatio, quare personas aliõ qui priuilegiatas continet ^{ff}.

Emphyteutis ob cessationem solutionis non extinguitur ipso iure.

Præcise dictiones.

^a Ut hic.

^b L. loci. §. competit. ff. si seru. Vend. Accurs. l. y. ff. si rectig.

^c L. y. & l. y. ff. de leg. commiss. l. quicunque. C. de fund. patr. lib. x. d. c. de locat.

^e L. si in cui. ff. de leg. y. Bar. l. si insulam. iiii. quæ. ff. de ver. b. oblig.

^f h. cl.

^g L. trajecticie. §. de illo. ff. de actio. & oblig. l. magnam. C. de cont. stip.

^h d. c. fi. de locat.

ⁱ Auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles.

^k L. eum qui. ff. de iure iur.

^l c. suam. de pœn.

^m d. c. fi.

ⁿ c. j. & y. de no. ope. nuntia.

^o L. fi. cum auth. seq. C. de sac. sanct. eccles.

^p Bart. & alij. l. & si post tres. ff. si quis cautio & in d. l. si insulam.

^q L. si cum d. es. §. fi. ff. de recept. arb.

^r L. Celsus. ff. illo. tit.

^s Ut hact.

^t Authen. qui rem. C. de sac. sanct. eccles. & hic.

^v §. si vero quis aut locator. de alie. & emphyt. coll. ix. & hic.

^x Accurs. l. j. §. si pecunia. ff. depos.

^y L. lex vestigali. ff. de pig.

^z hact. in fi.

^{aa} Accurs. Bart. l. iubemus. §. sanè. C. de sac. sanct. eccles. & in l. in cri-

^{bb} d. l. lex vestigali.

^{cc} L. qui se dicit. ff. de iud.

^{dd} Bart. d. l. iubemus. §. sanè.

^a Accurs. Auth. qui rem. C. de sac. sanct. eccles.

^b L. infraudem. §. fi. ff. de test. milit.

Ecclesia cessans solere.

Vt

Vt merito sit receptum, Ecclesiam quae definito tempore soluere cessauit, cadere iure Emphyteutico^c. Quae sententia sat defendi potest, vbi Ecclesia ab alia Ecclesia rem haberet in Emphyteusim, cum non subsit causa, cur alteri magis faueatur^d. Nam si à priuato, secus putarem; cum in iam quæsitis prælati desidia non adeò soleat Ecclesiæ nocere^e.

S E C U O D A **E M P H Y T E U T I C A** **C O M M E N T A R Y**

Emphyteuta an posse repelli propria auctoritate. **Conductor.** Sed an id domino liceat propria auctoritate, an verò per iudicem sit necessum, Emphyteutam expelli? Vetus est diuine multum controuersa quæstio. In qua tandem mihi visa est verior sententia, quæ vt omnes contentionum fluctus, & rixarum tumultus præscindantur^a, magistratus auctoritatem desiderat^b. Nanque possidet saltem naturaliter Emphyteuta^c. Cuiusmodi possessio (licet ob non solutam pensionem iure suo priuetur) domino quæsita non est, cum nec quidem iis casibus, quibus ipso iure fit translatio dominij, translata vñquam possessio intelligatur^d. A' qua non debet ideo indicta causa, & per vim extrudi posse Emphyteuta^e: quando nec quidem conductor, qui nullam possessionem habet, sed detentionem duntaxat^f, corporali illa infistentia, spoliari temerè à domino debeat, sed per magistratum, id est, adito iudice oporteat id fieri^g. Et in simili, mortuo marito non potest mulier (ad quam tamen soluto matrimonio, rei dotalis dominium ipso iure reuertitur^h) hæredibus viri non consentientibus, dotalium rerum possessionem inuadereⁱ. Nec sanè vllus est interpretum, qui non multò saitus existinet, per iudicem id fieri^k. Prædictis verò non contradicunt leges, quæ permittunt domino, propter hanc cessationem emphyteutam expellere^l. Nam (nisi magna aliqua & necessaria causa, magistratus auctoritatem prætermitti sua deat^m) intelliguntur competentibus actionibus, & iudiciorum ordine seruatoⁿ, ne via contentionibus, & armis aperiatur^o. Et ne inde rixarum, iniuriarumque nascatur occasio, vnde populi salus, & tranquillitas nasci debet^p.

T H I R D A **E M P H Y T E U T I C A** **C O M M E N T A R Y**

Legare. **Allegare.** **G A L L E G A T I O N E**] Vt non legare verbum, pro publicis magnisq; rebus, propriè dicimus, ita allegare pro priuatis. Idem enim est, quod priuatū alicuius negotij causa, quempiam aliò mittere, vel adhibere; vt cùm Pamphilus adolescens Simoni patri dicebat^q.

Hoc modo te obsecro, ne credas à me allegatum hunc senem.

Allegatio- nes. Putabat quippe Simo, opera Pamphili Critonem adhibitū, qui Glycerium ciuem Atticam esse diceret, ad disturbandas nuptias. Nonnunquam tamen à viris etiam latini vñsurpat^b, pro eo quod est in rem suam aliquid proferre, citare, & adducere. Vnde, quatenus maximè refertur ad forensem controuersiam, idem est, quod de iure suo disceptare^c, & in rem suam (vt Plautinum verbum vñsurpem^d) causificari. Et disceptationes iudicariæ, tam actoris, quam rei, allegationes dicuntur^e.

Certiora- re. **Meliora- re.** **G N O M I N E M E L I O R A T I O N I S**] Vt certiorare pro eo dixit Vlpianus^g, quod est certiorem facere. Vocabulo tamen cæteris bonis authoribus parum frequentato. Ita meliorare nonnulli, pro eo quod est reddere meliorem vñsurparunt. **Quan-**

c Accurs. & alij. d. Aut. quirem.

d l. s. C. de fruct. & lit. exp. accur. d. Aut. qui rem.

e c. audit. de in integ. refit. c. deli- etum. de reg. iur. in vj.

a l. aquifimum. ff. de vñsus fr. l. non est singulir. ff. de reg. iur.

b l. Lex rectigali. ff. de pignor.

c l. possessores. C. de fund. patr. lib. x. d. l. lex.

d l. cum hæredes. ff. de acq. poss. l. com- missa. ff. de publica.

e c. licet episcopus. de præb. in vj.

f l. non solum. s. quod vulgo. ff. de vñscap. l. j. C. co. de vñscap.

g l. p. C. de locat. l. pen. C. vnde vi.

h l. in rebus. C. de iur. dot.

i l. dotis. C. solus. matr.

k l. iij. C. de pigno.

l Aut. qui rem. C. de sac. sanct. eccl. & sic hic.

m l. si alius. s. bellissimè. ff. quod vi aut clam.

n l. extat. ff. quod met. cauf.

o d. l. aquifimum. d. l. non est singu- lis.

p l. meminerint. C. vnde vi.

a Terent. in Andria.

b Plin. in Epistol.

c l. aut. s. ff. de procurat. l. si quis ex aliena. ff. de iud.

d plaut. in Aulularia.

e l. minor xxv. omisam. ff. de mi- nor. l. iubemus. C. de iud. Aut. qui semel. C. quomodo & quando iud.

f tot. tit. c. si ex fal. alleg. & hic.

g l. si fidei suff. ff. manda. l. j. s. fi. ff. de act. empt. l. j. s. fi. ff. de eo qui pro- tut.

b l.Columella lib.ij.de reruſt.cx.
c in hac l.

d Auth. qui rem. C. de fac. sanct. ec-
cles.

e l.si fidei iſſor. §. si necessaria. ff. qui
ſatiſd. cog.

f e. §. si vasallus. hic finit. l. corrad.
g l. ſenatus. §. j. ff. de leg. j.l. pro vo-
luptariis. ff. de impens.
h l. in fundo verſe. penul. ff. de rer.
vend. d. §. si vasallus.

i l. pen. in prin. ff. locat.

k §. j. de locat.

l l.j. §. j. ff. ſi ag. veſtig. §. de locat.
m Bar. & Ciftr. d. l. pen.
n Auth. qui rem. C. de facro ſanct.
eccl. & hic.

o d. l. pen.

p §. si vero quis aut locator. de alien.
& emphy. coll. ix. d. Auth. qui rem.
& hic.

q l. ſi in princ. hoc tit. d. Auth. qui
rem. & hic.

r Carol. Molin. in consuet. Parisen.
§. j. glos. v. num. lxxij.
s l. ſi in prin. hoc tit.

a l. ſi in princ. hoc tit. §. si vero quis.
aut locator. de alien. & emphy. coll.
ix. & hic.
b DD. hic.

c l. j. iij. l. impensa. ff. de impens. l.
impensa. ff. de verb. ſig.

a l. quero. §. j. ff. locat.

Quanuis meliorſcere, Columella ^b dicere maluerit. Indeque
moderationes appellatae, quarum nomine Iustinianus negat,
cum qui ob non præſtitam pensionem cecidit emphyteuſi, à
domino quicquam repeteret posſe. Ut † ita perdat emphy-
teuta labores omnes, & impensas, excolendæ, conſerendæ, &
amplificandæ rei cauſa factas^d: non tantum, inquiunt, necceſſariās, ſed etiam utiles; vt extructa ædificia, quaſitas ſeruitu-
tes, & id genus cætera. Cum ſua culpa deturbatus, id mera-
tur^e. Quæ ratio cefat in eo, qui ob elapsum tempus Emphy-
teuſi præſtitum, aut finitam generationem, iure Emphy-
teutico excluditur. Et ideo potest hic meliorationum impen-
dia repeteret^f, vel meliorationes detrahere, ſi commode ſepa-
rari poſſunt^g. Quanuis ſi diuellere malit, audiatur dominus,
qui paratus est tantum dare, quantum rebus ablatis habitu-
rus eſſet emphyteuta^h. In ſimplici † vero conductor, con-
ſtat eum, licet ob non ſolutam pensionem ejectum, meliora-
tiones quaſcunque, omniacque omnino impendia, quoniam no-
mine fundus pluris eſt, repeteret poſſeⁱ. Hic enim rem melio-
randam non fuſcipit, ſed utendam fruendam tantum, ſub mer-
cede dignitatí rei respondentē^k. Emphyteuta vero in hoc re
ſub perexigua pensione accipit, ut plantationibus, domini po-
litonum, culturæ & genere, fœcundorem reddat^l. Quocir-
ca diſſicilius melioramenta, quam conductor repetit^m. Illud
tamen crediderim aduersus alios, ea tantum impendia em-
phyteutæ perire, quæ neceſſariam prædiū meliorationem re-
ſpiciunt; non etiam quæ utileſtantum facta fuerunt. In ex-
trudendis, puta ædificiis, quærendis ſeruitutibus, & aliis id ge-
nusⁿ. Nec enim Imperator uſquam dixit emphyteutā, quic-
quid omnino impendiſſet amittere: Sed id duntaxat, quod
impenſum foret nomine meliorationum, ſeu emponematu^p,
quo verbo continentur ea tantum, quæ neceſſariō ſunt im-
pensa, ut res ſterilis & inculta, plantatione arborum, vinea-
rum, aut alia iuſtione, ſecundum morem regionis, ad cultu-
ram reduceretur^q. Quod & antè nos à viris bene doctis, poſt
hæc ſcripta, animaduerſum legimus^r.

x § V E L.] Dictionem vel, hic stare expositiū, pro id eſt, per-
ſpicuum faciunt Iuſtiniani verba^s. Suas (inquit) meliorationes,
que Græco vocabulo Emponemata dicuntur.

y § E M P O N E M A T A.] Alij Emphyteomata legunt, ſed
utramuſ lectionem probemus, ſatis conſtat, utroque verbo,
meliorationes, & profectus ſignificari^t: non quoſcunque ne-
ceſſarios, videlicet, & utiles, ut vulgo DD. putant, ſed eos tan-
tum, qui excolendæ, conſerendæ & rei ſterilis gratia, neceſſa-
riō facti probarentur. Ut perperam vulgo creditum ſit^u, em-
phyteutam non poſſe quod extruxit, licet amplum ædificiū,
aut eius estimationem repeterere. Hoc enim ultrò, & ſpōte ad-
iectum eſt, non ad neceſſariam agrī utilitatem^v. Quia de re
moxi dictum eſt pleniū.

z § V E L P O E N A O P P O N E N D A.] Promiſſioni † de
non expellendo conductorē, cui etiam adiecta eſt poena,
tacita in eſt conditiō, ſi conductor pensionem ſuo tempore ſol-
uat^w. Quapropter emphyteuta, quem ſub poena promiſerat
domi

Meliore-
ſcere.

Emphyteu-
ta an per-
dat melio-
rationes et
quas.

Conductio
melioratio
nes repe-
tit.

Emphyteu-
ta quas me-
lioratio-
nes per-
dat.

Vel dictio-

Empone-
mata.

Poena ab
Emphyteu-
ta eſſante
peti non
poſſet.

dominus non expellere, nisi forte conuenisset ne quod eam cessationis causam extruderetur^b: si canonis solutionem triennio continuo moratus sit, poterit sine motu repellere^c. Ediuerso quoque, si promiserit poenam emphyteuta, si pensionem non soluisset, expelli nihilominus poterit, tametsi paratus solvere poenam^d. Ne poena adiectio, qua dominus magis sibi consultum voluit, in eius detrimentum reflectatur^e: contraque ne poena in odium emphyteutae non soluentis apposita ad eius gratiam referri possit^f. Quod adeo verum est, ut nec in vim quidem clausula: *Rato manente pacto, poena praestetur.* Emphyteuta valeat emphyteusim retinere^g, cum haec clausula eum tueatur duntaxat, qui promissis stetit^h, nec allegatione poenae se iuuare possit, qui incidit in eamⁱ. Atque hinc recipit interpretationem, quod dici vulgo solet, eum qui sibi specialiter prouidet in re aliqua, a legis beneficio recessisse videari^k. Id enim obtinet, ubi iure singulari beneficium illud indulgetur, nam a iuris communis beneficiis, si non actum est nominativum, non intelligitur esse recessum^l. Facilius autem, iura specialia tolli, neminem clam est^m. Poterit igitur eligere dominus, an expellere malit emphyteutam, vel poenam petereⁿ: ut alterutrum duntaxat exequatur. Nam agere minime potest ad utrumque^o, nisi de eo specialiter actum sit^p, vel poena promissa, rato manente pacto^q. Qua tamen in re sunt qui subsistant, utrumque peti posse fortiter contendentes.

Rato manente pacto, poena praestetur.

Promissio hominis tollit prouisione legi.

Omnino. aa

Omnimodo.

Dominus petendo aut recipiendo pensionem an in iure expellendi sibi noceat.

Renouatio an fine scriptura fiat.

G O M N I M O D O.] Hoc est omni omnino via^a, atque adeo ipso iure^b. Haec nanque dictiones, *omnino, omnimodo modis omnibus, & similis*, sunt admodum prægnantes, & præcisæ, nec non intelliguntur ipso iure^c. Suntque præterea tam amplæ, ut vix ullam recipiant interpretationem^d.

G R E P E L L E N D O.] Præterquam, inquit, si vel decur su triennij^e, vel futuri temporis^b pensionem, receperisset. Vt tro que^z quippe casu, censemur tacite dominus, iuri expellendi renuntiare^c. Imò, si ne acceperit quidem, modò petierit^e: quæ si receptione, aut petitione debitæ pensionis, censeatur emphyteutæ mora purgata^f. Sic enim creditor, recipiendo formam, poenam intelligitur remittere^g. Et altero debere dominum esse contentum, æquitas suadet^h. Ut non coeratur idem facinus variis aestimationibusⁱ. Nisi tamen dominus iusta opinione ductus, Emphyteusim extinctam ignoraret^k, vt quia in alterius locum successisset^l. Idemque si recipiendo, testatus esset, saluam sibi velle expulsionis causam^m; atque ita frequentiori DD. turbæ, visum est. Ego vero, quod attinet ad receptionem pensionis, pro futuro tempore, nihil muto. Non quod me valde moueant citatae in eam rem legesⁿ: quæ tantum probant, dominum recipiendo pensionem, distylisse videlicet ius expellendi, in id tempus quod est post diem solutæ pensionis. Sed quoniam recipiendo dominus conuenire quodammodo videatur, ut maneat Emphyteuta in vetere iure, nec ab emphyteusi recedat^o. Quare nec obstat, quod cum hic contractus scripturam desideret^p, nunquam censi debet, eius facta renouatio, si non scriptura rursus interuenerit^q. Nam non extinctam emphyteusim hic dicimus suscitari, sed

*b haec in prin. ubi dixi.
c ut hic.*

*d l. quero. §. j.
e l. quod fauore. C. de legib.*

f l. siue hereditaria. ff. de neg. gest.

*g l. cum pater. §. libertis. ubi DD.
ff. deleg. j.*

h l. cum proposas. j. C. de pact. Ac-

cur. l. qui fidem ff. de transact.

i l. cum par in fi. ff. de reg. iur.

k l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. l.

fi. C. de pact. conuent.

l l. iij. §. si ex conuentione. ff. de re

iud.

m l. eius militis. §. j. ff. de test. milit.

n l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact.

o l. apud Celsum. §. Labo. ff. de dol.

excep.

p l. si duo. §. fi. ff. de recept. arb.

q l. qui fidem ff. de transact.

r Fulgo. b. i.

a l. si cum exceptione. §. quatenus.

ff. quod met. cau. l. ubi autem. §. fi.

ff. de verb. oblig.

b §. sancimus. j. ut de fu. seu fund.

coll. v.

c Accurs. l. i. §. si pecuniam. ff. depo.

d cle. j. ubi gl. de for. comp.

a l. post diem. ff. de l. commiss.

b l. qui in futurum. ff. de pact.

c l. si fundus. §. eleg. anter. & l. pen.

ff. de l. commiss.

e l. Aemilius. vers. dicebam. ff. de

minor.

f l. iij. in prim. ff. si quis cautio.

g l. si in fi. ff. de eo quod cert. loc.

h l. de Etigalia. §. fi. ff. de publica.

i l. sanctio. ff. de pœn.

k l. mater decedens. ff. de inoff. testa.

l. illegitima. ff. de petit. hered.

l. qui in alterius. ff. de reg. iur.

m l. si debitor. §. j. ff. quib. mod. pig.

sol.

n l. iij. §. non male. ff. de dol. except.

d. l. qui in futurum. ff. de pact.

o l. item queritur. §. fi. cum l. seq. ff.

locat.

p l. hoc tit.

q d. l. item queritur. §. f. in fi.

r. Lqui ad certum. ff. locat.

s. l. pen. ff. illo tit.

t. Auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. §. si verò quis aut locator. de alie. & emph. coll. ix.

v. l. si profure. §. j. ff. de cond. furt.

x. l. rectigalia. §. ff. de publica.

y. l. sanatio. ff. de pæn.

z. l. pen. ff. de l. commissio. l. commissio-

ria. C. de patl. int. empt.

aa. l. vn. vers. pen. c. si ser. exter.

bb. l. j. C. de furt.

cc. l. si. in. fi. ff. de eo quod cert. loc.

dd. d. l. fi. in. fi.

ee. l. qui per collusionem. §. fina. ff. de

actio. emp. l. iij. C. depos.

ff. §. j. quib. mod. toll. oblig.

gg. l. si deposita. C. deposit.

hh. l. nihil dolo. §. fi. & l. cum prin-

cipalis. ff. de reg. iu. §. liberis. de pup.

ii. ut hach.

kk. lib. ix. Aeneid.

ll. l. j. §. conuentio. ff. de pacl. l. iij.

ff. de pollicita.

mm. c. fi. in. fi. de locat.

nn. l. magnam. C. de cont. stip.

oo. l. vinum. ff. si cert. pet. d. l. magnam.

dd. l. si ita stipulatus abste. l. si insu-

lam. l. continuus. §. item qui. ff. de

verb. oblig.

ee. ut hic.

ff. d. l. magnam. in. fi.

gg. l. cum patronus. ff. de ope. libert.

hh. d. l. cum patronus.

veterem manere? Quia in re sufficit nuda voluntas". Vbi vero pensionem praeteriti temporis dominus exegit, non prohibetur ipse, vt opinor ego, licet communis repugnet, Emphyteutam repellere^a, sicut nec cdiuerso, pensionem triennij petere, si primum expulisset^b. Dominus enim expellendo, pensionem persegitur; pensionem vero petendo, aut recipiendo, rem ipsam. Quocirca alterius electio, alterum non consumit^c. Vnde nec nos mouerit Hermog. constitutio^d, in qua de duplice poena tractatur, expulsionis nempe, & usurarum pensionis non soluta, quarum altera debere dominum esse contentum, æquum est: ne duplice poena ex una eadem causa fluente, conductor afficiatur^e. Quod autem dicitur, venditorem pretium petendo, legi commissoriæ renuntiare vide ri, rationem aliam habet, quia, videlicet, pugnat haec in venditore, pretium & rem petere^f. Electione autem vnius ex contrariis, alterum tollitur^g. Quæ contrarietatis ratio in specie nostra cessat. Denique non obstat, quod creditor recipiendo sortem, censeatur pensionem remisisse^h. Id enim in usurris & eo quod interest duntaxat constitutum reperiturⁱ, quæ cum per se non silent, sed accessoriè veniant ad principalem obligationem^j, perempta prorsus obligatione sortis per solutionem^k, consequens est usurras, ac id quod interest, extingui^l. Nam ubi non consistit causa principalis, nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent^m. Deiectionis vero poena, qua de agimus, non accedit, sed æquè principaliter pertinetⁿ. Et ita solus Jacob Butrigarius credidit, quem & ego sequor.

cc. T P R A E T E N D E N T E.] Id est, opponente, allegante, & obiiciente. Vergil. kk.

Non pudet obsidione iterum, valloq; teneri.

Bis capti Phryges, & morti prætendere muros.

dd. G S V P E R H A C C A V S A.] Nempe, super solutione pensionis, & canonis emphyteutici.

ee. T I N Q V I E T A T V S.] Hoc est admonitus, interpellatus, & denuntiatus, vt canonem præstaret.

ff. T C O N V E N T I O N E M.] Conuentio h̄c, denuntiationem, & interpellationem significat; non etiam vt alibi, mutuum duorum consensum.^{ll}

gg. T E X P E C T A R E.] Dies est enim, quod dici solet, interpellatio lat pro homine^a, hoc est, sine villa hominis interpellatione, constituit debitorem in mora^b. Nec tantum expressa à contrahentibus^c, sed etiam quæ tacite inest, vel ex natura actus.

Vt in stipulatione facti, quæ tacitam diem habet, quam primum fieri potest^d. Vel ex legis dispositione^e. In memoria quippe sua debet seruare debitor ea quæ promisit, non ab aliis poscere, sibi manifestari^f. Solas operas ab hac generali doctrina DD. excipiunt, quas per stipulationem à liberto promissas, non ante deberi volunt, quam patronus poposcerit^g. Quoniam alioqui, inquiunt, frustra posset libertus operas offerre, eo videlicet loco, aut tempore, quo patrono non expediret^h. Quæ ratio, mea sententia, non concludit, ubi dies à contrahentibus esset adiecta, cum in id tempus collatam partionem

l. rectigalia. §. fi. de clarata.

Commissionaria legi quando re nuntiari censeatur.

Prætendere.

Inquietare.

Conuenio.

Dies quando interpellat pro homine.

Opera non petita non debentur.

troni voluntatem appareat, & satis sit eius temporis, quo obtulit, vel non apparente creditore, paratus erat offerre, debitoris moram inculpatam esseⁱ. Caius verò responsum k loquitur de stipulatione operarum simplici, quæ, videlicet, diem adiectam non habebat: quam tunc tantum vult committi, cùm interpellatur libertus. Siquidē nihil aliud sit ædere operas, quām officium præstare. Absurdum autem esset credere, officium alio die deberi, quām vellet is cui præstandum esset l. Dicendum igitur generaliter, lapsu diei, sine villa interpellatione, moram fieri^m, non contra maiorem tantum, sed etiam contra minoremⁿ. Et quanvis mortuus sit promissor, aduersus hæredem eius, siue scientem, siue ignorantem^o. Ac proinde, si dies interim effluxerit, cum iacebat hæreditas, poena quoque contra futurum hæredem committitur^p. Quod enim Vlpianus scripsit^q, frustrationem hæreditati iacenti, non magis obesse, quām personis indefensis; in poena per hominis interpellationem committenda obtinet. In quam sane, periniquum esset incidere, vbi non existit persona, cui denuntietur^r. Nos de poena lapsu diei committenda agimus, in quā transacta die, incidit non modo debitor^s, sed & iacens hæreditas: Siue poena ex partium conuentione debeat^t, siue ex dispositione legis^u. Hoc quispe casu, non hæredis facto committitur, sed defuncti, ex cuius contractu descendit^v. Et ideo, non putauit lex hæredi subueniendum^w.

Vt h. G. S. E. V. L. T. R. O. O. F. F. E. R. R. E.] Quod tamen enim credit^x tor ad debitorem accedere debeat, petiturus quod sibi debetur^y, obtinet, vel vbi dies solutioni appositus non est, quo causa debet creditor debitorem interpellare^z; vel si dies solutioni adiecta non est, sunt creditor & debitor diuersi fori^c. Cūm enim in locum, & forum debitoris (si non alias nominatim comprehensus sit) destinata solutio intelligatur^d, tenetur creditor forum sequi debitoris, & locum domiciliū eiusdem adire^e, nisi forte creditor abesset causa Reipublicæ. Aut etiam deberetur aliquid causa obsequij, & reuerentiae^f, verisimile quippe est, legem istiusmodi creditoribus honorē hac in parte haberi velle^g, vt & in simili legimus, decimas (quas Deus in signum universalis dominij sibi reddi præcepit) addomini sacerdotis deportandas^h. Vbi autem eiusdem ciuitatis essent, aut fori ambo, tenetur ad creditorem debitor accedere, & pecuniam debitam offerreⁱ; ne moram diei lapsu contrahat^j; præsertim si soluendo non nihil sibi velit querere, vt seruus libertatem^k, aut impendens rei periculum subterfugere^l; vcluti in emphyteuta qui se se vltro offerre, & pensionem ad dominum domum portare debet, ne cessatione trienniū iure suo cadat^m. Quod ita DD. interpretari solent, si eiusdem sint civitatis, & fori, dominus & emphyteutaⁿ. Alioquin putant, teneri dominum ad emphyteutam mittere^o. Emphyteutæ^p satis consultum, si domi coram testibus se paratum soluere dicat, si quis foret ibi qui domini nomine reciparet^q; saltem si (quod tutius est) pecuniam consignet & deponat^r. Sed ego generalibus legis nostræ verbis adductus, omni casu puto, Emphyteutam debere ad dominum accedere^s; Cūm & pen-

i l. pecunie. §. ff. de vñsur.
k d.l. cum patronus.

l d.l. cum patronus.
m d.l. magnam. d.c. fi.
n l. temulius. verfi. dicebam. ff. de
mincr.
o l. cum filii. familias. §. in hac. &
l. ad diem. ff. de verb. oblig.
p l. fi. ff. de naut. foenor. d.l. ad diem.
q l. in cui. §. cessatum. ff. ut in posses.
legat.

r l. siendum. cum seqq. & l. mora.
ff. de vñsur. l. quod te. ff. si cert. petat.
s d.l. magnam. & hic.
t d.l. fi. & d.l. ad diem.
v l. debitor. ff. de neg. gest.
x l. apud Iulianum. §. l. ff. quib. ex
caus. in poss.
y l. fi. si vend. pig.

a l. item illa. ff. de const. pec.
b l. mora. ff. de vñsur. l. si ex legati. ff.
de verb. oblig.
c d.l. item illa. vbi. Accur. & DD.
d l. vinum. iu. ff. ff. si cert. petat. l. fi. ff.
de cond. Triricar.
e l. forma. §. fi. vero. ff. de censib.
f l. pen. §. fi. ff. de cond. & demonst.
g l. quod nisi. ff. de oper. liberta.
h l. sed & si suscepit. §. j. in fi. ff. de
iud.
i c. tua nobis. de deci.
k c. reuertimini. x. vj. q.j.
l l. si fundus. §. fi. ff. de leg. commis.
& hic.
m l. magnam. C. de contr. stip.
n l. fi. C. de cond. inser.
o d.l. si fundus. §. fi.

p vñlic.
q Bar. & alij. l. item illa. ff. de const.
pecun.
r d.l. forma. §. fi. vero. ff. de censib.
s Bar. d.l. item illa.
t vñ hact. inf.

Y vñ hic in verbo se se vltro offerre.

Enucleata
l. cum pa-
tronus.

Mora
lapsu dici
quādo con-
trahatur.

Vter vel
creditor
vel debi-
tor alterū
adire de-
beat.

Decimæ
sunt por-
tanda sa-
cerdoti.

Nova
opinio.

x Litem si verberatum. §. j. Vbi Bal.
ff. de re. vend.

y c. y. de censib.

z L quod nisi ff. de oper. liberto.

aa c. constitutus. de religio. dom.
bb l. mediterranea. C. de anno. &
trib. lib. x,

a l. j. §. si conueniat ff. depos.
b l. quod si nolit. S. quia assidua. ff.
de adul. edit.

c l. pen. C. de coll. fund. patr. lib. xj.
d l. plane. ff. fa. ercif.

e l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.
f d. l. penult.

Dicitur pautinum daree. Quis
reditore, in mitt. d. p. s. n. l. .
Debentur g. d. l. tutor. §. Lucius.
Quod d. p. s. n. h. in l. j. S. & harum. ff. de Verbor.
Iota ad l. oblig.
Gn. i. l. j. S. j. ff. s. ag. Vectig. §. adeo de
Locat. locat.
Gn. i. k. l. in executione. §. j. ff. de Verbor.
In r. v. p. d. oblig. & d. §. & harum.
l. §. item per acceptilationem. quib.
mod. toll. oblig. d. l. penult.
m d. §. Lucius.
n l. v. §. fi. d. l. in executione. §. pe. ff.
de Verbor. oblig.
o l. lecta. ff. cert. peta.
p l. cum fundus. ff. de condit. &
demonstr. l. fi illa fuerit. in princip. ff. de
ma. testa.
q l. y. ff. de proba. l. fi. C. de re. vend.
r l. j. C. de proba.
s l. in exercendis. C. defid. insfr.
t Richar. & Bartholo. Salyc. l. te-
stium. C. de testib. & hic.
v l. j. hoc tit.
x l. testium & Auth. rogati. C. de
testib.
y d. l. testium.
z Bald. d. l. testium.

aa l. vbi numerus. ff. de testib.

bb l. pen. C. de epoch. pub. lib. x.

cc Bald. v. C. de dot. promiss.

dd Accur. l. si conuenerit. j. ff. de
pig. actio.

ee l. magnam. C. de contr. stip.

sionem præstet Emphyteuta, honoris gratia^z in recognitio-
nem videlicet, direcci domini^y. Quod vero dignitatis, hono-
ris, & reuerentiæ causa debetur, ad creditoris domum mox
probauimus debitorem teneri deportare ^z. Id' q̄ maximè di-
cendum in Emphyteutico canone, qui cum tenuis & modi-
cus soleat esse ^{aa}, plus alioqui dominus absens impenderet,
in mittendo nuntium, quam ex re ipsa consequi posset^{bb}.

ii GET DEBITVM SPONTANE A VOLVNTA

te persoluere.] Quo tamen voluerit anni tempore, & ita ut
liberum ei sit, si non aliter vel cautum ^z, vel in more regionis
positum fuerit ^b, in tres vices canonis solutionem distribue-
re ^c. Quod perquam absurdum plurimis videtur, cum solu-
tionem particularē (quæ non pauca solet afferre incommo-
da^d) regulariter non cogatur creditor recipere ^e. Sed cum in
emphyteuta fisci, nominatim id constitutum legamus ^f, cur
priuato magis quam fisco, hac in parte fauendum sit, non pla-
ne video. Nec me mouerit quod dicitur, creditorem inuitum
non cogi, debiti partem recipere ^g; Hoc enim in obligat. dan-
di verum non esse, pluribus alibi probauit ^h. Quocirca, cum
Emphyteuta ad dationem sit obligatus ⁱ, & obligatio in dan-
do consistet, inuito creditore, solutione quoque diuidua sit ^k,
oblatam canonis partem obstringitur dominus recipere ^l.
Nec obstat quod Modestinus ait^m, vsluras totius summe non
retardari, si debitor partem tantum debiti consignauerit. Illic
enim tractatur de vsluris, quæ sicuti poena, actum reddunt in
diuiduum ⁿ. Nam & poena, & vsluræ, sub conditione pro-
mittuntur, si sors sua die non soluatur ^o: Conditio autem, obli-
gationem facit individuam ^p. Ad haec ut quæri solet, ut
probare debeat, vel dominus canonem non solutum, vel em-
phyteuta se soluisse ^q. Et cum ei qui dicit, lex regulariter onus
probationis imponat ^r, non dubium emphyteutam, qui solu-
tam pensionem affirmat, eius rei probationem adferre debe-
re ^s, vel testibus, vel instrumentis ^t. Testibus autem, ut plerique
putant ^u, non minus quinque, iisdemque rogatis: cum
enim debitum in scriptis contractum sit ^v, probatio per aliam
scripturam, aut quinque testes idoneos, fieri debet ^w. Sed fal-
luntur grauiter, si quidem Justiniani regula ^x, in iis tantum
actibus loquatur, qui ex partium conventione, scripto consi-
gnari debent; non etiam de iis, qui ex legis dispositione scri-
pturam desiderant ^y. Vnde verius videtur, unum atque al-
terum testem sufficere; cum maiorem testium numerum lex
non adiiciat ^{aa}. Sed & si triennij continui, apochas proferat
Emphyteuta, retroactis quoque temporibus soluisse præsu-
mitur ^{bb}: dum tamen successiva fuerit, trium annorum pre-
statio. Neque enim vna tantum pro tribus sufficeret ^{cc}. Ut
& in simili dicimus, vbi triana interpellatio necessaria est, non
satis esse uno contextu, ter admonere debitorem, ut soluat ^{dd}.

kk ANTERIOR LEGE NOSTRI NOMINIS.]

Sub tractatu contrahendæ stipulationis insertæ ^e, qua veteri
rum legum obscuritate supputata, sanxit Justinianus, eum
qui sub poena non nihil vel daturum, vel facturum se certo
tempore promisit, ad evitandam poenam, allegare non posse,
quod

Pensio em-
phyteus
modica.

Pars pen-
sionis, an
solvi pos-
sit.

Declara-
tus S. Lu-
cius.

Probatio
solutæ pen-
sionis cui
incumbat.

Explana-
tal. testiū.

quod nullus eum admonuit. Cum ea quae promiserit ipse in memoria sua seruare, inquit, non ab aliis sibi manifestari, debeat poscere.

Facultas. II § F A C V L T A S.] Hoc est, potestas, occasio, prætextus, & licentia.

*Reditus
verbige-
nerale.* mm § R E D I T V M.] Id est, pensionem annuam canonis emphyteutici. Licet enim reditus nomen generale, omnes omnino rei fructus, prouentus, & utilitates contineat^a, adeo quidem ut latior sit reditus significatio, quam fructus^b; pro subiecta tamen materia restringitur^c.

testatio, nn § A T T E S T A T I O N E.] Hoc est, protestatione scripto,

27 aut sine scriptura conuocatis testibus facta^d. Est porro ut testatio generale nomen, quo omnis voluntatis declaratio, quomodo facta significatur^e. Tametsi nonnunquam coartetur, ut designet eam tantum animi expositionem, quae coram testibus fit. Vnde & testato conuenire, testato admovere, & iis similia dicimus^f. A' testatione vero, nomen acceperunt, detectatio, attestatio, contestatio, & protestatio. Detectatio (ut & interpretantur nouissimi^g) est quae ad absentem cum testatione, id est, in scriptis mittitur^h. Attestatio praesenti fit, mentis declarandæ causaⁱ. Nec obstat quod Paulus ait^j, Attestari, est absenti denuntiare; nam putant illi depravatam esse literam, in qua detectari, non attestari, scriptum est. Vel ex Bartoli authoritate, qui legis illius verba, sic alicubi legit^k. Sed cum nullam habeamus codicis authoritatem, non placet mihi temerè literam immutare, qui magis puto Detectationem dici, quae fit praesenti cum testatione, hoc est, per scripturam, & conuocatis testibus^l. Attestationem vero deponentiam, quae mittitur absenti, scripto, vel sine scriptis^m.

Cōtestatio. 28 Contestatio ut propriè inquiunt, plurium est testatio. Vnde & litis contestatio dicta, cum videlicet reus declaratum in iudicio actoris animum negando diffiteturⁿ. Sed ego verbū istud animaduerti, pro protestatione ab uno facta, ferè semper accipi^o. Velut cum eum qui de dolo, vel metu clam coram amicis protestabatur, de dolo contestari Diocletianus dixit^p. Protestatio est, quae declarat, qua mente in futurū non nihil facturi simus^q. Quae omnia à nobis alibi latius exposita cernere est^r.

oo § H I S'Q V E O B S I G N A T I S, E T S E C V N D V M
29 legem depositis.] An hæc ut pensionis consignatio, & depositio, præter oblationem necessaria sit, DD. non sat conuenire videntur. Creberrimè tamen proditum, solam oblationem sufficere, ut Emphyteuta ritet electionis poenam^s. Nam & regulariter ad euitationem poenæ satis est, pecuniam offerre^t. Licet quantum ad effectum plenæ liberationis obsignatio, & depositio sit necessaria^u. Et ita solet hic text. accipi. Verum hæc interpretatio verbis nostræ legis, repugnare mihi videtur, quae pensionem consignari nominatum requirit, ut emphyteuta electionis periculo liberetur: Id que per ablativos absolutos, consignari, & depositio. Quos condictionem facere certum est^v. Conditio autem præcisè, & ad vnguem implexa debet^w. Sed & à contrario sensu (argumentum in iurefor-

a l. v. suis fructu legato. §. j. ff. de suis fructu. l. Paulus. §. j. ff. de suis. l. frugem. in prim. ff. de verb. fig. l. fundi. ff. de suis fr. leg.

b Gloss. c. generali de elect. in vj. & in cle. j. de reb. eccl. f.

c vth. c.

d l. fi. C. de neg. gest.

e S. j. de testa.

f l. fi. ff. pro derelict. l. ait Prætor. §. si quis. ff. qua in fraud. cred.

g l. aliciat. l. detectatio. ff. de verbor. signific.

h l. plebs. §. j. & d. l. detectatio. ff. de verb. fig.

i l. fi. C. de neg. gest.

j l. sub signatum. §. pen. ff. de verbo. signific.

k in l. non solum. §. morte. coll. y. ff. de no. ope.

l d. l. detectatio. d. l. plebs. §. j.

m l. emptor. C. de prescrip. long. tēp. l. fi. C. de iis qui per met. ind. l. j. C. de suscep. lib. x.

n l. si maior. C. de transact.

o l. Ne sennius. ff. de neg. gest.

p in d. s. morte. & in tractatu protestationum.

q l. j. C. de suscep. & archa. lib. x.

r l. Celsus. ff. de arb. l. si perte. l. acceptam. C. de suis.

s l. ob signatione. C. de solut.

t l. ab emptione. ff. de past. l. a testatore. ff. de cond. & demonst. l. euictis. ff. de suis.

u l. qui haeredi. l. manum. ff. de cod. & demonst.

f l.i.S.jff.de offic.eius.
g hic.

b l.vetig.dia.S.fin.ff.de publica.l.
ædem vbi DD.C.de locat.
i vt hac l.

k l.eum qui ff.de iureiur.

l d.l. ob signatione.C.de solut.

m vt hic.

n l.f.S.j.C.de co.ser.manumiss.

tissimum^f) si neque consignet pecuniam, neque deponat, invidat Iustinianus^g Emphyteutam eici posse. Quocirca verius videtur, speciale esse hoc in casu, ut sola oblatio non sufficiat, ad suffugiendā pœnam. Ea fortasse ratione: Quia cum habeant Emphyteutæ hoc prærogatiæ, vt non sicut cæteri conductores^h, quamprimum soluere cessarint, expellantur. Sed cessatio triennij continuæ necessaria sitⁱ, aggrauenturç non parum hoc nomine domini, naturæ consentaneum Imperator existimauit, in hoc vicissim dominis faveri^k, vt eis pensionem reuera soluant emphyteutæ, quod tantum contingit, si numeratam pecuniam domini recipiant, aut postquam recusauerint, ea consignetur & deponatur^l. Ut merito constitutum sit, non satis esse Emphyteutæ offerre, nisi præterea consignetur, deponaturç penso^m. Ut & de pretio partis serui, idem Iustinianus alibi tradiditⁿ.

Ioannes Corasius, Tolosæ die iij. Decembris 1538.

Repetitum Valentiae Allobrogum, die xxvij. Iulij, 1549.

L. Cùm dubitabatur

- 1 *Diffonit unusquisque liberè de re sua.*
- 2 *Prælationis ius cur habeat dominus.*
- 3 *Vendere quandoque quis cogitur.*
- 4 *Emphyteuta ex pacto sine domini consensu alienat.*
- 5 *Testes quando emphyteusim probent.*
- 6 *Dominus an sine consensu domini alienet.*
- 7 *Consensus domini cur necessarius.*
- 8 *Alienatum & venditum quid propriè dicatur.*
- 9 *Emphyteuta an donare possit.*
- 10 *Oppignerari an emphyteusis possit.*
- 11 *Ius prælationis.*
- 12 *Personæ quæ prohibentur emphyteusim emere,*
- 13 *Ecclesia cur non querat emphyteusim.*
- 14 *Mulier non incarceratur.*
- 15 *Renouatio inuestiture cur fiat.*
- 16 *Permutatio emphyteusis an prohibita.*
- 17 *Inuestitura quando per procuratorem explicitur.*
- 18 *Procurator quando grauia explicit.*
- 19 *Tabularij qui.*
- 20 *Auaritia & detestatio.*
- 21 *Lando, & laudare authorem.*
- 22 *Laudemium unde dictum.*
- 23 *Laudemia ex quibus actibus debeantur.*
- 24 *Delphinatus consuetudo de laudemis.*
- 25 *Emphyteuta an cadat ipso iure.*



V M dubitabatur, vtrum Emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes^a, quæ Græco vocabulo Emponemata^b dicuntur, alienare, vel ius emphyteuticum^c in alium transf

oblatio
quando sufficiat ad pœnam vitanam.

transferre, an verò eius expectare consensum, non oporteat: sancimus, siquidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari ^d. Sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita est, vel forte instrumentum Emphyteuseos deperditum est ^e, minimè licere emphyteutæ ^f, sine consensu domini ^g, meliorationes suas aliis vendere; vel ius Emphyteuticum transferre ^h. Sed ne hac occasione accepta, domini minime concedant emphyteutas suos accipere pretia meliorationum, quæ inuenerunt, sed eos deludant, & ex hoc commodum Emphyteutæ depereat: disponimus, attestacionem ⁱ domino transmitti ^k, & prædicere, quantū pretium ab alio ^l reuera ^m accipi potest. Et siquidem dominus hoc dare maluerit, & tantam præstare quantitatem, quantam reuera ipse emphyteuta ab alio accipere potest, ipsum dominum omnimodo hæc comparare ⁿ. Sin autem duorum mensium ^o spatium fuerit emensum, & dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteutæ detur, ubi voluerit, & sine consensu domini, meliorationes suas vendere, iis tamen personis ^p, quæ non solent in emphyteuticis cōtractibus vetari, ad huiusmodi venire emptionem. Necesitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum præfatum modum vendita sit, accipere emphyteutam ^q. Vel si ius emphyteuticum ^r ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ^s ad soluendum emphyteuticum canonem transponere ^t emphyteuta maluerit, nō contradicere, sed nouum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem, vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se ^u, vel per literas suas ^v, vel (si hoc non potuerint, vel noluerint ^y) per depositio nem ^z, in hac quidem ciuitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel præsentibus tabulariis ^{aa} per attestacionem ^{bb}. In prouinciis autem per præfides, vel defensores celebrandam ^{cc}. Et ne auaritia ^{dd} tenti domini, magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent, quod usque ad præsens tempus perpetrari cognouimus ^{ee}, non amplius eis liceat, pro subscriptione sua, vel depositione ^{ff}, nisi quinquagesimam partem ^{gg} pretij ^{hh}, vel æstimationis ⁱⁱ loci ^{kk}, qui ad aliam personam transfertur accipere ^{ll}. Sin autem nouum emphyteutam, vel emptorem meliorationis, minimè suscipere dominus maluerit, & attestacione ^{mm} facta intra duos menses, hoc facere supersederit, licere emphyteutæ, & non consentientibus dominis, ad alios ius suum, vel emponemata transferre. Sin autem

autem aliter fuerit versatusⁿⁿ, quām nostra constitutio disposuit, iure Emphyteutico cadat^{oo}.



Ex actionibus Emphyteutici contractus, tam expressis, quām venientibus ex natura conuentionis, satis abundē dictum est hactenus. Quocirca, iusto nunc ordine tractandum de alienatione meliorationum, ac rei Emphyteuticæ. Circa quam primum hic docet Iustinianus, non posse Emphyteutam nisi aliter sit conuentum, meliorationes suas in scio domino vendere, velius Emphyteuticum in aliud transferre. Verū, ne ex hoc dominis p̄beatur ansa malefaciendi, ac deludendi Emphyteutas, consiluit Imperator Emphyteutæ, qui pretia meliorationum ab aliis inuenerrunt, id domino denūtiare, atque adeò duobus mensibus p̄stolari. Ut si forte paratus sit tantumdem pretij dare, quantum offeratur ab extraneo emptore, p̄feratur ipse. Alioqui si vel nolit, vel duos menses taceat, liberum sit Emphyteutæ, ubi voluerit, s̄p̄to etiam domini consensu, meliorationes, Emphyteuticumq; ius ad personas non prohibit as transferre. Tenebiturq; dominus per se, aut propriam scripturam, s̄cūpere nouum Emphyteutam: saluo tamen sibi iure quinquagesimæ partis pretij, pro renouatione inuestituræ. Quod si moretur dominus per duos menses recipere novum Emphyteutam, vel emptorem meliorationis, poterit ad alias transferre Emphyteuta, propria autoritate ius suum vel Empōnemata, hoc est meliorationes. Qui tamen si aliter fuerit versatus, excidit iure suo quod ad dominum reuertitur. Et hæc est summa legis nostræ.

Enarratio
legis no-
stræ.

RATIO DVBITANDI.



V B I V M faciebat, quia * cūm non in vltimis tantum voluntatibus^a, sed etiam inter viuos, vnicuique libera rerum suarum dispositio esse debeat^b, etiam abutendo^c. Et iustum sit, vt Arcadius dicebat, sua cuique committere^d: contrāq; perīni quum, īngenuis hominibus suarum rerum alienationem nō permitti^e: Nulla dictrare videtur æquitatis ratio, vt Emphyteuta, à libera propriæ rei alienatione arceri debeat. Nam nec emere, nec vendere quis cogitur^f, nec aliquid facere de rebus suis inuitus^g.

Libera re-
rum sua-
rum dispo-
sitio cuiq;
cōceditur.

- a L.i.C.de sacro sanct. eccl. ff.*
- b L.in re.C.mand.*
- c L.sed & si.S.consuluit. ff. de petit. heredit.*
- d In nemo exterius.C.de iudea.*
- e L.non usque. ff. si quis à parent.*
- f L.in uitum.C. de contr. emp. l. nec emere.C. de iur. delib.*
- g L.dudum.C. de contr. empt.*

RATIO DECIDENDI.



E R V'M summa est ratio, quæ pro constitutione nostra facit. Cūm enim Emphyteuta rem & causam habeat à domino^a, cōsentaneum est, domino consensum requiri, ac ita eiusdem authoritati deferriri, vt cæteris † paribus ea in re p̄feratur^b, vt in to

Dominus
cur cæteris
preferas
tur.

- a L.i.S.j. ff. si ag. vellig. S. adeo de locat.*
- b L.i.C.de metall. ex metall.lib. xj.*

in totum res ad suam redeat naturam, à qua nunquam omnino disiuncta fuit^c. Sic enim in simili constitutum legimus, Metallarum suam metalli partem, fisco potius quam alteri, distrahere debere^d. Indeç receptum, ut colonus qui fructus perceptos vendere cupit, domino præ cæteris iusto tamen pretio, distrahiere sit obstrictus^e.

¶ Et ita non obstat, quod obiectum est, alligandam non esse voluntatem hominum, de alienationibus rerum suarum, ob idem neminem cogendum vendere, vel emere. Nam id verum non negamus, nisi singulari aliqua ratione diuersum lex specialiter constituerit^f. Vt in specie nostra, & alibi propter religionis fauorem^g, officij necessitatem^h, aut publicum cōmodumⁱ. Indeç dicimus, posse locupletes homines, caritatis tempore cogi, viliori etiam pretio vendere annonam^k. Sed & res certo hominum generi assignatae, inutiliter alteri, quam collegæ & consorti venduntur^l.

a **G S V A S M E L I O R A T I O N E S.**] Hoc est, impensas à se factas, ad meliorandum agrum in Emphyteusim acceptum. De quibus autem impendiis, meliorationis verbum accipi debeat, suprà dictum est^m.

b **G E M P O N E M A T A.**] Significationem huius quoque verbi supra exposuimusⁿ. Quare ne lectori fastidio sim, non inculcabo.

c **G V E L I V S E M P H Y T E V T I C V M.**] Hic obserua, venditionem meliorationum distingui ab alienatione iuris Emphyteutici. Qued & paulò post repetit Iustinianus^o.

Pactū ut d **G E A S O B S E R V A R I.**] Valet igitur * pactum inter dominum & Emphyteutam, vt possit Emphyteuta sine dominī consensu meliorationes, vel etiam suis Emphyteuticum alienare^p. Contractus enim ex conuentione formam accipiunt^b. Et passim in hoc tractatu leges inculcant, pactiones seruandas, & modis omnibus custodiendas^c. Quinimo, si simpliciter Emphyteuta cum domino pepigerit (quemadmodum fieri solet) vt liberum ei sit in quemcunq; ius suum alienare, non tenebitur expectare domini consensum^d. Nam alioqui pactum nihil operaretur^e. Nec dissimile, quod alibi traditum est, posse creditorem pignus vendere, debitore nul latenus interpellato, si de eo distrahendo conuenerit^f. Quan uis alioqui non possit creditor diuendere pignus, nisi domino denuntiauerit, semel saltē^g, aut ter, si conuenisset ne distraheretur^h. Amplius receptū, eum qui pro se, & iis in quos visum fuerit, aut libuerit transferre Emphyteusim accepit, si vendere velit, non obstringi domini consensum expectareⁱ. Nam & idem in Feudo, legitimus constitutum^k, quod tamen si cliens inscio, imprudenteque domino alienat, excidit iure suo^l. Nec prædictis obstat, quod cum naturæ emphyteusis sit, ne alienetur sine domini consensu^m, simplex alienationis permisso, intelligi debeat secundum formam legisⁿ; Nā hoc verum, nisi facta hac interpretatione, reddatur inanis concessio^o. Atque ita legem illam Augusti^p solent interpretes exponere. Quanvis non ignorem ego alium longè sensum, & proposito tractatui querelæ magis congruum, eius legis esse:

c l. si unus. §. pactus. inf. ff. de pact.

d d.l.j.C.de metall.

e Bart.d.l.j.inf.

f l. si in emptione. §. j. ff. de contrah. empt. d.l. dudum. in fi.

g l. si quis sepulchrum. ff. de religio.

h l.j. §. ff. furt. aduer. naut.

i l. annonam. ff. de extraor. cri.

k l.j. §. cura carnis. ff. de offic. prefec.

l. r. d.l. annonam. & Vtrobij. Bar.

l. v. c. non licer. habitato. lib. xj.

m in l.j. hoc tit.

n in d.l.j.

o hac l. verific. necessitatem.

a ut hic.

b l.j. §. si conueniat. ff. deposit.

c l.j. q. & iij. hoc tit.

d saly. & alijs hic.

e l. quando. ff. de leg. j.c. si pap. de privileg. in vj.

f Accurs. l. creditor. q. C. de distract. pignor.

g l. fi. C. de iur. do. imp.

h l. si conuenerit. j. ff. de pignor. act.

i l. cum essent. §. per plurium. vbi. Bal. & Ang. ff. de feruit. rustic.

k c. j. defud. non hab. prop. nat.

l. c. j. in prin. de prohib. feud. alie. per. Frede.

m ut hic.

n l. quando. C. de inoff. testam.

o l. j. ff. admunicipal. l. si quando. ff. de leg. j.

p d.l. si quando. C. de inoff. testam.

Vende-
re quando
quis cog-
tur.

Pactū ut d
Emphyteu-
ta possit a-
lienare.

Creditor
an pignus
inconsulto
debitore
vendat.

Explicata
l. si quando.

vt scilicet velit, rescriptū quo prīceps generaliter alicui concedit, liberam testamenti factionem, non eō protendi, vt licet impenetrantī parentes, aut liberos immerentes exhaeredare. Quando nihil intelligatur permettere prīceps, cum alterius iniuria^a, sed solitam duntaxat, testandi facultatem: cui generalibus verbis prīcipem derogare voluisse, verisimile non est^b: Nisi quatenus id nemini noceret, & prodesset impetranti^c. Vt in testium solennitate, cuius observationē ideo putauerim, generali illa concessionē remissam esse^d. Quod nec cæteri negant^e.

E **S I N S T R U M E N T U M E M P H Y T E V S E O S D E**
perditum est.] Neque proferantur^f testes, qui de tenore instrumenti deponant. Alioqui iniquum esset, fortuito scripturae interitu, rei veritatem sepeliri^g. Vnde probato primū amissionis casu, duobus saltē testibus, ab emphyteuta (neq; enim aduersam fortunam allegantibus, temere credendum est^h) probare poterit in instrumento contenta per testes, qui non de contractu, sed de tenore instrumenti fideliter depo-ⁱnant^j. Et ita non obstat, quod ad substantiam emphyteusis pertineat scriptura^k. Nam fateor respectu conuentionis, & contractus, quem constat scripto consignandum^l. Cæterum vbi confessum est instrumentum, idq; posteā casu amissum, nihil æquius, quam ut tenor eius testibus probetur^m. Neque enim probationum facultas angustari debetⁿ; nec fortuito casu rei gestae veritas conuelli^o. Et in simili de actis iudicia-^priis responsum est, vt licet scripturam desiderent^q, tamen si forte fortuna perierint, eorum tenor possit per testes probari^r. Quod pontificij latius alibi disputant^s. Vtrobīq; tamen oportet, testes peritos esse, notarios puta, & aduocatos, qui characteres notarij, aut vitium instrumenti, si quod sit fortal-^tse, probè noscere possint^u. Sanè verò, eo casu quo chirogra-^vphum Emphyteuticum incendio exustum est, aut alio casu deperditum, potest emphyteuta à domino petere renouatio-^wnem instrumenti fieri^x.

F **S M I N I M E' L I C E R E E M P H Y T E V T A E.**] Sed an-
versa vice, domino quoque non licebit, sine emphyteutae
consensu dominium alienare; & si alienet, cæteris præferatur
emphyteuta. Quod quidam putant, vt relativorum eadē sit
ratio^y. Et æqualitas inter contrahentes seruetur^z. Deinde,
quoniam in simili legimus, finita locatione fundorum publi-
corum, veterem conductorem tantudem dare paratum,
quantum nouus obtulit, præferri^{aa}. Et quia in feudo, domi-
nus ad clientis modum, & rationem exigitur, vt ex iis causis
priuetur feudo, quibus vassallus^{bb}. A'feudo autem, ad emphyteutam, propter magnam inter haec similitudinem, argumen-
tatio tuta videtur. Quiemadmodum enim emphyteuta
vitile dominium habet^{cc}, ita cliens, seu vassallus^{dd}. Et sicut emphyteuta nō potest rem emphyteuticam inscio domino alienare^{ee}, ita nec vassallus^{ff}. Verum in proposita quæstione, re-
ceptior est, & verior contraria sententia^{gg}. Cùm enim vnius-
quisque sui rei moderator & arbiter existat^{hh}, atque ideo res suas liberè distrahere possit, nisi specialiter lege prohibeturⁱⁱ,

*Perdito in
instrumento
quomodo
fiat proba-
tio.*

*Testes pe-
riti.*

*Dominus
an alienet
sine Em-
phyteute
consensu.*

q. l.j. §. merito, ff. ne quid in lo. pub.

*r. c. eccl: s. iusta. y. in fi. de elect. d.
l. si quando.*

*s. l.j. §. item varus. ff. de aqu. pluu.
t. l. si non speciali. & l. fi. C. de testa.*

v. Cy. Bald. Saly. d. l. si quando.

*a. l. sicut iniquum. l. emancipatione.
C. defid. instrum.*

b. d. l. sicut.

*c. c. cum olim. j. de priuileg. Accurs.
bic.*

d. l. j. hoc tit. Vbi dixi.

e. d. l. j.

*f. l. testium. in fin. C. de testib. l. cum
extra. C. de iur. dot. d. l. sicut. d. l. eman-
cipatione.*

*g. l. quoniam. in fi. C. de heret.
h. d. l. emancipatione.*

*i. l. j. C. de re iud. c. quoniam contra.
de probat.*

*k. Accurs. l. si Prator. §. Marcellus.
ff. de ind. & in l. quoties. §. fin. ff. de
probat.*

l. DD. d. c. quoniam contra.

*m. Bart. in Ruth. si quis in aliquo.
C. de edend.*

*n. l. chirographus. in prin. ff. de ad-
min. tuto. c. fi. de fid. instr.*

*a. l. fi. ff. de acceptila. l. fi. C. de indict.
viduit.*

*b. l. j. l. si id quod. §. fin. ff. de rescind.
yend.*

*c. l. congruit. C. de locat. pradio. ciui.
lib. xj.*

*d. c. j. §. fi. si de feud. def. fue. contro.
inter do. & ag. c. vn. qual. do. prop.
feud. pri.*

e. l. possessores. C. de fund. patr. lib. xj.

f. c. j. de inuestit. de re alie.

g. vthic.

h. c. j. de prob. feud. alie. per Fred.

*i. l. fi. versi. sanè. C. de locat. pradio.
ciuib. xj. DD. hic.*

k. l. in re. C. mandat.

l. l. dudum. C. de contr. empt.

Argumētum à correlativeis.

non est cur hac in re liberam iuris sui alienationem interdicamus domino, cuius arbitrium lex non restrinquit^m. Neque enim eadem quæ domini est Emphyteutæ causa, & conditio, siquidem ab illo, ius & causam hic habeatⁿ. Ac proinde consentaneum diximus, illum cæteris præferri^o. Quæ ratio in domino, qui iuris nihil ab emphyteuta consequutus est, considerari nequit. Hincq; cessant argutiæ illæ de relatione & æqualitate; quæ tunc tantum obtinent, cum eadem est ratio^p. Honorij verò constitutio^q, de pensionis augmento loquitur. Quod si primus fiscalium rerum conductor æquale cum cæteris offerat, præferri debet; ne vetere sua possessio ne deturbetur inuitus, qui sub antiqua pensione, si non tanti aliis locari res potuissent, cogeretur eas retinere^r. Quæ ratio cessat in emphyteuta, à quo propter alienationem per dominum factam, res ipsa non auferitur^s: Cùm ius suum duntaxat non aliud distraxisse censeatur^t. Argumentum autem de Feudo, ad emphyteusim, nec necessarium esse, nec probabile, præterquam in expressis à lege casibus, iampridem receptum est^u, velut de iure non scripto, & consuetudinario (quale est ius feudorum^v) ad ius scriptum & commune^w.

Emphyteuta non possit alienari a preto domino.

g S I N E C O N S E N S V D O M I N I .] Irrequisito^x dominio, noluit lex Emphyteutam posse, vel meliorationes suas vendere, vel suum ius transferre; ne deterior dominicatio fiat, qui aduersus emptorem, aliūmve singularem successorem, pensionis nomine, nullam actionem habet^y. Cùm in personam actio, neque rem ipsam sequatur, neque rei possessorum^z. Quæ ratio cùm cesseret in Emphyteuta fisci, aut Reipublicæ, quia videlicet ad quemcunque res deueniat, vestigialis etiam præteriti nomine obstringitur fisco: *'poterit ipse Re publica inconsulta, aut fisco non requisito, quandocunque alienare'*^t.

Alienatū quando pro priè censetur.

h G M E L I O R A T I O N E S S V A S A L I I S V E N D E re, velius Emphyteuticum transferre.] Hæc verba cum effectu sunt accipienda^a. Et^b idèò cùm non propriè alienatū dicatur, quod adhuc permanet in dominio vendoris^c, DD. putant, Emphyteutam qui vendit meliorationes, aut emphyteuticum ius inconsulto domino, non cadere iure suo, priusquam tradat^d. Neque enim ante traditionem (licet interim emptoris periculo res intereat^e) perfecta censetur omnino venditio^f. Nec nullum præterea dominium translatum, quando traditionibus, non nuda voluntate, transferantur dominia^g. Verum hoc in re deliberandum est amplius. Cùm hic textus de alienatione meliorationum agens, utatur verbo *Vendere*. Is autem vendidisse quoque dicitur, qui necdum tradidit^h. Et, quoniam solo consensu venditio perficiturⁱ, præterquam respectu translationis dominij^j, quæ magis ad naturam, & executionem contractus, quam ad substantiam pertinet videtur: Cùm ante suam venditio habeat essentiam^k. In sola ergo distractione rei Emphyteuticæ, communis sententia potest vtcunque defendi, ex quo simpliciter prohibet Iustinianus^l, ne transferat Emphyteuta sine domini consensu ius Emphyteuticum; & ita ne alienet^m. Non autem in

- m l. non vsque ff. si quis à par. l. nem. C. de Iudea.*
n l. j. s. i. ff. si ag. rectig. s. adeo. de locat.
o l. j. C. de metall. lib. xj.

- p l. fi. C. de rescind. Vend. Bart. l. fi. C. de indiet. viduit.*
q l. congruit. C. de locat. prædio. civil. lib. xj.
r l. cotem ferro. s. fin. ff. de publica. saly. l. ne cui. C. de locat.
s l. fi. C. de locat. præd. civil. lib. xj.
t l. qui tabernas ff. de cōtrah. empt.

- v Bart. l. vt iurisurandi. s. si liberi. ff. de oper. libert.*
x c. vn. vbi Bal. de feud. ceg.
y Accurs. & alij. l. de quibus. ff. de legib.
a l. si fideicommissum. s. j. ff. de ind.
b l. fi. s. fi. ff. de cont. emp. l. j. s. si ha res. ff. ad Trebell.
c l. imperatores. ff. de publica. l. fi. C. sine cens. vel reliq.
d l. j. C. de fund. patrim. lib. xj.

- a l. j. s. fi. ff. quod quisque iur.*
b l. alienatum. ff. de verb. s. g.

- c 1af. hicnum. cxxxij. Alciat. d. l. alienatum.*
d l. j. C. de pericul. re. vend.
e s. Vendita. de rer. diuis.
f l. traditionibus. C. de pacit.

- g d. l. alienatum. j. ref.*
h l. j. ff. de actio. cō oblig. s. j. de emprio.
i a. s. vendit. a.
k d. l. j. d. s. j.

- l in hac.*
m l. alienationis verbū. ff. de verbo. s. g. l. fi. C. de reb. alie.

n d.l. alienatum.

o L. quod meo. ff. de acq. poss.
p l. quedam mulier. ff. de re vend. l.
certo. §. j. ff. de precar. Bart. l. ab em-
ptione. inf. ff. de pac*t*.

q l. j. C. de fund. patrimo. lib. xj.

r l. f. C. de præd. decurio. lib. x.

s l. numis. ff. de in lit. iur.
t l. affectionis. l. Aquilius. ff. de do-
nat. l. nec adiecit. ff. pro soc.
v Bart. et Angel. hic et in l. si do-
mus. §. j. ff. de leg. j.

x In hac l.

y l. alienationis. ff. de verb. sig.

z l. si fideicommissum. §. j. ff. de iud.

aa l. f. §. f. ff. de contrah. emp. l. j. §. f.
báres. ff. ad Trebell.
bb l. j. C. de fund. patr. lib. xj.

cc l. imperatores. ff. de publica. l. fin.
c. fine censu.
dd Alex. et Ias. l. si domus. §. f. ff.
de leg. j. Ias. hic.

ee l. in conuentib. ff. de verbos.
fig. d. l. si domus. §. f.
ff l. Aquilius. ff. de dona.

gg hac l. versi. necessitatem.

hh d. versic. necessitatem arg. à con-
trario.

ii In hac l. vers. penul.

telligitur alienasse, nisi qui rem ipsam tradidit". Hodie tamē traditionis hæc superuacanea differentia videtur. Cùm instrumentis adscribi soleat, venditorem se constitutere emptoris nomine possidere: & constitutum transferat veram possessionem¹. An autem est irrequisito domino, possit Emphyteuta meliorationes suas, aut Emphyteuticum ius per donationem transferre? Certatim DD. ita variant, ut nusquam acrius mihi quam h̄ic dīmicasse videantur, cùm re ipsa tamē conueniat. Et crebrior sententia tradit, Emphyteutam inscio domino donare posse². Neque enim constitutionis nostræ verba, de venditione, de simili quantitate offerenda, de quinquagesima pretij, donationi adaptari, accommodariue possunt. Nec præterea vendere prohibitus, censetur vetitus doneare³. Sed præsertim in proposito, cùm non eadem sit donationis, quæ venditionis causa: siquidem vendendo, non eius cui vendimus, sed pretij, & pecunia rationem habeamus: in qua non potest ideo venditoris interesse, à quo pecunia proficiscatur⁴. Donationes vero plerunque fiunt, ob singularem affectionem, & bene merita⁵, quæ non æquè possunt in dominum cadere. Alij autem putat Emphyteutam priuatam, in consulto domino, nec quidem donare posse⁶. Cùm non modo vendere, sed etiam Emphyteuticum ius quoquomodo transferre, non adhibito domini consensu, Iustinianus prohibeat⁷. Quibus verbis contineri quoque donationem, ambigendum non est⁸. Et quoniam alioqui magnum esset domino detrimentum, qui nullam aduersus donatarium, nomine pensionis actionem haberet⁹. Cùm non soleant actiones in personam, comitari rem, aut singularem successorem¹⁰. Atque ita tollunt Constantini legem¹¹, quæ in Emphyteusi Reipublicæ loquitur, cuius conditio nullatenus deterior fieri potest; Cùm eius fauore constitutum sit, ut quicunque fuerit rei possessor, rectigalis etiam præteriti nomine fisco tenatur¹². Mihi breuiter videtur (quod & ante nos non postremi nominis viri annotarunt¹³) inter has opiniones, verborum plurimum, rei vero nihil esse differentiae. Dicendum igitur, Emphyteutam inconsulto domino ius suum quodcumque donare posse, nec eiusce rei causa dominum vllatus adeundum¹⁴. quippe periniquum esset, prohiberi Emphyteutam, ei qui beneficia in se quam plurima, forte, collocasset, meritum reponere¹⁵: Dominoque, ut verisimile est, nunquam recusante donationem, quam Emphyteuta offerre illi cogeretur, interuerti grati hominis beneficium. Ne vero hac ratione dominus possit ludificari, debebit donatarius (qui rei possessionem nequit autoritate propria ingredi, sed ab ipso domino introducendus est¹⁶) requirere dominum, ut se inuestiat: Tumque poterit dominus nouum Emphyteutam, qui forte soluendo non est, aut alioqui parum idoneus, non introducere, & aperte recusare¹⁷. Aut, si dignum iudicarit, sub vetere pensione recipere. Quo casu cogetur donatarius, idemque nouus Emphyteuta, domino præstare quinquagesimam pretij: vel, inquit Iustinianus¹⁸, æstimationis loci, qui transfertur. Quæ verba haud dubiè donationem

Donare
an posse
Emphy-
teuta.

Vera que-
stionis pro-
posita & dis-
solutio.

nem quoque comprehendunt: quando & hac in re, eadem sit donationis, quæ venditionis ratio: nempe in gratiam receiptionis, & compensationem inuestituræ. Sed ne h̄c distingui volo, Emphyteusis priuata sit, vel Republicæ ^{kk}. Quin imò, & in emphyteuta Ecclesiæ, plerisque licet reclamantibus^{ll}, statuendum idem censeo. Cum fiscus & Ecclesia comparentur^{mm}: modò tamen citra fraudem alienet, & Ecclesiæ iure saltoⁿⁿ. Ex his non dubium, quin sine domini quoque consensu possit Emphyteusis legari. Cum legatum donatio quædam sit testamento relicta^{pp}. Sed & pignori dari poterit, sine consensu domini res Emphyteutica^{qq}. Cum enim pignus maneat in bonis debitoris obligantis^{rr}, dici non potest Emphyteuta, vel vendidisse, vel transtulisse ius suum^{ss}. Vnde nec obstat, quod prohibita alienatione, pignoris quoq; nexus prohibitus censeatur^{tt}. Nam hoc verum, vbi eadem est ratio in hypotheca, quæ in vera & propria alienatione, per translationem dominij^{uu}. Constitutio pignoris tamen ita tenet, vt extincto iure Emphyteutæ, pariter hypothecæ ius evanescat^{xx}. Dici quippe solet, resoluto iure dantis, resoluti quoque ius accipientis^{yy}. Illud denique notandum, sub hanc poenam non cadere Emphyteutam, qui vel ex causa dotis, donationis propter nuptias, diuisionis rerum hæreditaria rum, aliave necessaria causa, emphyteusim alienat^{zz}. Cum alienatione interdicta, censeatur prohibita duntaxat voluntaria, non item necessaria^{aa}. Vnde & in solutum impunè dari poterit Emphyteusis, si iudex ita decernat^{bb}: quippe meretur excusationem, qui parere necessum habet^{cc}. Potest præterea Emphyteuta, meliorationum & iuris Emphyteutici commoditates liberè distrahere, modò nihil transferat ex iure utilis dominij^{dd}. Et haec de iure vera sunt. Inualuit tamen consuetudo Galliæ moribus recepta, vt possit Emphyteuta liberè vendere, & onus quocunque imponere rei emphyteuticæ, non adhibito domini consensu^{ee}. An autem emphyteuta irquisito domino permutare possit, paulò in fraisseram.

Emphyteusis an posse legari, an oppignerari.

Alienans ex causa necessaria.

Gallorum mores.

Attestatio.

Emphyteuta potest exponere rem venalem.

Falsa con ditio pro lata anno ceat domino.

i **S A T T E S T A T I O N E M.**] Id est, denuntiationem, vocem coram testibus, aut scripto factam^a. Sed de huius, similiūm q; dictionū significatione, satis multa supra diximus b.

k **C D O M I N O T R A N S M I T T I.**] Aut ad domum eius, si sui potestatem non faciat^c.

l **G E T P R A E D I C E R E Q V A N T V M P R E** titum ab alio.] Ergo, licet Emphyteuta nequeat rem emphyteuticam inconsulto domino vendere, potest tamen ius suum venale palam exponere^d. Alioqui nō posset prædicere pretium, quod ab aliis offertur. Effectum q; venditionis sequitur esse oportet, vt repellatur Emphyteuta. Nec satis est quod voluerit venire^e.

m **G R E V E R A.**] Nam si falsum emptorem Emphyteuta subiiceret, aut maiores, id est, falsam à tertio oblatam conditio nem proferret, pro non denuntiato haberetur^f, ac proinde non periret ius domini, qui negasset eam rem se tanti redempturum, quod manifeste constet, eum deceptum esse^g, nec

kk l.j.C.de fund.patr.lib.xj.

ll Bar. & Ang.d.l.si domus. § fi. mm l.fi.C.de sacro sancte eccles. nn l.y.C.ne rei do. vel templo.d.l.j. oo l.fi domus. § fi.ff.de leg.j. Lin conventionibus ff.de verb.fig. pp l.legatum ff.de leg.y. §.y.de leg. qq l.tutor. § fi.ff.de pignor.actio. rr l.pignus. C.de pigno.actio. ss l.alienatum ff.de verb.fig.

tt l.fi.C.de reb.alie.

vv l.ex hoc editio. §.j.ff.de alien. iud.

xx l.lex rectigali. ff.de pig. yy l.six duobus. §.fin ff.de in diem addict. l.si is cui. §.final ff. quemad. servit. amitt.

zz l.fi.C.de litigios. Auth.res qua: C.co.de legat.

aaa l.alienationes ff.fam.ercis. l.j. ff.de fund.dotal.

bbb Bald.c.j.coll.iy.de prohib. feud. alie.per Fred.

ccc l.si quis.id quod. §.doli. ff.de iuri d.l.non videtur. §.fi.ff.de reg.iur. ddd l.necessario. §.fi.ff.de pericul.re. Vend. Bald.hic.

eee Boer. in consuet. Biturig. tit. de consuet. feu. §.xxij. & decij. clxxxj.

a l subsignatum. §.peff.de verbos. fig. l.fi.C.de neg. gest. b in l.y.hoc tit.

c l.j. §.j.ff.de lib. agnos.

d c.fi.de locat. Vbi Panor. & hic.

e l.sicut. §.si voluntate ff.sol.mat.

f l.eum qui. §.j.ff.de in di.addict. g l.sicut. §.non videtur ff.quib.mo. pig.sol.

b L verum. S. tempus. ff. profec.

deleat dolus, doloso patrocinari, & alteri detrimentum adferre^b.

In prala-
tionis.

i l. j. C. de metall. & metall. lib. xj.

n **S I P S V M D O M I N V M O M N I M O D O H O C**
comparare.] Huic † emanatus illud, quod prælationis vo-
cant, quo videlicet, domini parem conditionem offerentes, in
re Emphyteutica, aut cœsurali, cœteris preferuntur. Cum enim
ab illo causam habeat Emphyteuta, iustum est illum, dum non
fit Emphyteutæ conditio deterior, reliquias anteponiⁱ. Quod
principio latius expositum est.

k Ut hic.

l c. fi. de locat.

m l. s. quis hæres. ff. de acq. hæred. l.

a filia. ff. ff. ad trebell.

n Boer. in consuet. Biturig. tit. de re-
tent. re. Vend. S. j.

a l. Curialis. C. de locat.

b Adiat. ij. parerg. c. xx vij.

c l. milites. l. fi. C. de locat.

d l. milites agrum. ff. de re milit. d.

l. milites.

e Ut hac l. vers. neceſitatem.

f c. vn. de alie. feud.

g c. fi. de alie. iur. mut. ca. fin.

h l. paupertas. l. post suscep. am. S. j.

ff. de excus. tuto.

i l. j. ff. qui satifd. cog.

k Ut hic. S. neceſitatem. gloss. c. fi. de
locat.

l c. si gratiosè. de rescript. in vj.

m c. nulli. de reb. eccl.

n d. c. vn. de alie. feud.

o Specul. tit. de Emphyteus. Versicul.
ex vj.p c. auditis. de in integ. restit. c. deli-
Etum. de reg. iur. in vj.

q d. c. fi. de alie. iud.

r Bar. l. j. in fi. ff. de alie. iud.

s l. procula. ff. de probat. l. tutor. S.
qua. tutoribus. ff. de excus. tutor.

t Cy. Ball. l. qui stipendia. C. de procu.

v c. j. S. præterea ducatus. de prohib.

feud. alie. per Fred.

x S. j. de satifd. tuto.

y l. voluntas. C. de fideicom.

z Ut hac l. vers. neceſitatem.

aa Imol. post Io. And. c. fin. de locat.

bb d. vers. neceſitatem.

cc l. j. C. de off. diuer. iud. Auth. nouo

iure. C. de custo. reo.

dd Bula. l. consentaneum. C. quo. &

qua. iud.

o **S D V O R V M M E N S I V M S P A T I V M F V E R I T**
emensum.] Domini consensus expectari iubetur duobus
mensibus k, supputandis à die quo certior factus est, adlatæ
ab alio conditionis. Quo tamen tempore necdum exacto, si
professus sit, se nolle rem tanti emere, non ulterius erit eius vo-
luntas expectanda^l. Finita quippe dilatationis causa, solet ex-
tingui dilatio^m. Quæ de iure verissima sunt. Mores tamen
Gallæ receperunt, ut habeat tantum dominus quadragesima
diesⁿ.

Mores
Gallorum.

p **G I I S T A M E N P E R S O N I S Q V A E N O N S O**
lent in Emphyteuticis cōtractibus vetari, ad huiusmodi ve-
nire emptionem.] * Quæ sint illæ personæ, legislatores non
sat aperiunt. Receptissimum tamen est, vt illæ vetitæ censean-
tur ad Emphyteusim accedere, quæ vel alienarum rerum con-
ductores esse prohibetur, ut curiales^o, ne retrocentur ab one-
re publicorum munierum, quæ sustinere debent^b. Et milites^c,
ne culturæ studio, deserant armorum usum^d. Vel per quas
cōditio domini posset fieri deterior^e. Ut Ecclesia, clericus^g,
pauper^h, & alius quiuis facilitate cōueniendiⁱ, aut soluendi^k
minus idoneus. Si posset † imprimis in Ecclesiam, emphy-
teusis transferri, multis nominibus domini causa deterior fieri-
ret. Nam cum Ecclesia nunquam moriatur^l, nec possit aliena-
re nisi ex magna causa res suas^m, nullo tempore continge-
ret rem ad dominum redireⁿ, aut ex ea alienata, præmium
laudatorium præstari^o, minuscq; in commissum incidere ob-
non solutum canonem: cum non soleat prælati factum, in iam
quæsitis Ecclesia detimentum adferre^p, non etiam in clericis
cum posse debet Emphyteuta ius suum transferre^q. Ne du-
rior aduersarius propter mutationem fori domino constitua-
tur^r. Nam & eo ipso quod in clericum, vel in alium quem-
uis potentiores (nisi sit coniuncta persona^s) fit iuris cessio,
præsumitur fraus^t. Et hæc vera, nisi clericus, aut ille poten-
tior, consors esset, & socius in eadem Emphyteusi^u; cum eius
fides, domini concedentis testimonio, iam sit approbata^v. Sic
enim hæredes alienare prohibiti, inuicem sibi nihilominus
vendere possunt^w. Hinc autem satis liquet Ecclesia, aut cle-
ricatus odium non facere, quod non possit in Ecclesiam, cle-
ricumve Emphytheusis transferri, sed domini causam, quæ
durior fieri prohibetur^x. Quia pariter ratione, plerique pu-
tant^{aa}, ab Emphyteusi mulieres arceri, ne videlicet in eas, ve-
lut personas minus idoneas, alienetur^{bb}. Quoniam † aeris
alieni nomine, tametsi ex publica causa conflati, carceribus
includi foemina non possit^{cc}, nisi meretrix sit & innupta^{dd}.

Personæ
qua. vetan-
tur quæ
re Emphy-
teusim.

Ecclesiæ.

Clericis.

Mulier.

Inuestire
nouū Em-
phyteutā
tenetur do-
minus.

Inuestitu-
ra commo-
ditas.

Permuta-
ri an posse
res emphy-
teutica.

Vendito-
ne Verita-
an censem-
tur prohibi-
bita per-
mutatio.

q. T A C C I P E R E E M P H Y T E V T A M.] Diuendita
15 + re legitimè ab Emphyteuta, cogitur dominus inuestitaram
renouare, hoc est, nouum emphyteutam suscipere, eundemque
in rei possessionem mittere^a. Suadet autem istiusmodi reno-
uationem, non tantum consuetudo^b. Aut lex, seu cōuentio,
quia id actum sit^c, sed etiam antiquitas rei gestæ^d, ne vide-
licet diuturnitate temporis, & nimia vetustate, Emphyteusis
instrumenta consumi^e, aut certam confinium demonstra-
tionem^f, perire contingat. Nec huius sanè renouationis, ini-
nima est commoditas, tam domino, quam emphyteutæ. Nā
ad laudatiū, seu vt crassius loquimur laudemij solutionem,
domino proficit^g, simulatque ad canonis obligationem, qua
(cum personalis sit, vt potè ex contractu descendens^h) nō ob-
stringeretur nouus emphyteuta, authoris sui factoⁱ. Emphy-
teutæ quoque maximè prodest renouatio, ne comprimis rei
possessionem inuasisse censeatur; & ita committatur res do-
mino^k. Et quoniam ex eius persona, post factam renouatio-
nem, dimetetur ius emphyteuticum, vt eius scilicet genera-
tio, non authoris deinceps spectetur^l.

r. G V E L S I I V S E M P H Y T E V T I C V M.] Aliud est
igitur meliorationes alienare, & aliud transferre ius emphy-
teuticum. Quod & initio prænotauit.

s. G A D P E R S O N A S N O N P R O H I B I T A S S E D
concessas & idoneas.] Quales sint hæ personæ, quæ ad no-
uam emphyteusis acquisitionem, velut minus idoneæ, acce-
dere prohibentur, paulò ante dixi.

t. G T R A N S P O N E R E.] Hoc est, quoquomodo transfer-
re. Quianuis hoc verbum ad permutationem coarctet Accur-
16 sius^a. Inde subsentiens, emphyteutam + inconsulto domino,
nec quidem permutare posse. Quod & alij crebrò receperūt.
Cùm emptionis vicem obtineat permutatio^b. Ac proinde di-
cat Vlpianus^c, eum qui permutatam rem accipit, emptori si-
milem esse. Et quoniam prohibita venditione, rerum quoque
permutatio^d, atque adeò omnis actus, per quem dominium
transfertur, vetitus intelligitur^e. Cùm enim emptionis ver-
bum, comprehendat omnem alienationem, non refert quo
quisque genere dominus fiat^f. Alij vero, & vt mihi videtur,
probabilius existimant emphyteutam, non adhibito domini
consensu, permutare posse^g, sicut & donare^h. Cùm utrobicque
sit eadem ratio. Ut enim præcipua est donanti erga donata-
rium affectio, ita & permutanti erga rem permutatam: Quia
res fortè maiorum fuit, quæ singularis affectio, non æquè po-
test in rebus domini considerari. Poterit igitur Emphyteuta
permutare liberè, hoc est, irreviisito domino: citra tamen il-
lius præiudicium. Et ideo tenetur, qui rem ex permutatione
emphyteuticam accepit, dominum requirere, vt se inuestiat,
eidemque pro receptionis labore laudatorium præmium præ-
stare^k: Vt & in donatione dictum est. Nec obstat quid per-
mutatio vicina sit emptioni^l, & interdicta venditione, pari-
ter prohibita ceseatur permutatio^m. Hæc enim ex larga qua-
dam significatione accipi debentⁿ, & vbi eadem viget ratio^o.
Quod autem spectat ad Vlpiani responsum^p. No agit illud,

a. c.f. de locat. & hic.

b. l. domini prædiorum. C. de agricol. lib. xj.

c. §. quod autem in fin. de non alien. coll. ij.

d. c. cum dilecta. de confir. util.

e. §. sed quoniam ita. vbi Accurs. de hæred. & Fal. coll. j. d. c. cum dilecta.

f. l. eos. ff. fin. regundo. l. Titius. ij ff. de ailio. empt.

g. hac l. versic. pen.

h. l. j. §. j. ff. si ag. rectig. §. adeo. de locat.

i. l. fin. ff. de contr. empt. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebell.

k. Guid. Pap. q. xl viij. infi.

l. Bald. Authen. si quas ruinas. C. de sacro sanct. eccl. es.

a. Accur. hic.

b. l. fi. ff. de rer. permuta. l. ij. C. illot. i.

c. l. fi. ff. quib. ex cau. in poss.

d. c. j. de ii. quæ si à prelat.

e. l. cum hi. §. si cui. vbi Bal. & An- gel. ff. de transact.

f. l. statuliberi. ac ceteris. §. fin. ff. de stat. lib.

g. Bald. l. si domus. §. fi. ff. de legat. j. Smol. c. fi. de locat. l. af. hic.

h. l. j. C. de fund. patr. lib. xj.

i. l. fin. emptionem. ff. de mino. l. lex qua. tutores. C. de admin. tutor.

k. vt hac l. versic. necessitatem, & versic. penult.

l. l. fin. ff. de rer. permutat.

m. c. j. de ys quæ fi. à prelat.

n. d. l. statuliberi. §. fin. ff. de stat. lib.

o. l. fin. c. de præd. decurio. lib. x.

p. l. cum hi. §. si cui. ff. de transact.

q l.tres fratres. ff. de pact.l. qui ro-
ma. s.f. ff. de verb. oblig.
r l.cum pater.s. hæreditatem. q. ff.
de leg.y.
s d.l. cum hi.s. si cui.

a ut hic.
b l.j. C.de iis qui ven. et a. l. nullus.
qui. C.de decurio. lib. x.
c c.vn. S.pen. per quos si. inuestit.

d d.c. vn. S. pe.
e c. s. de procur. in vj.
f in hac l.
g d.c. vn. S. pen.
h c. accedens. de prabend.

i d.c. vn. S. pen.
k in hac l.

a l.j. s. v. s. ff. de procur. c. pruden-
tiam. s. adiucimus. de offic. deleg.
b l.pater seuerinam. ff. de condi. &
demonstr.

a lib. iy. c. x.

b l.orphanotrophos. C.de episcop. &
cler. l. s. finautem. C.de iur. delib. l.
y C.de numer. & act. lib. x.
c l.vbi numerus. ff. de testib.
d l.libertus. s. f. ff. de ma. test. am.

e l.j. C.de iis qui à non dom. ma. d.l.
orphanotrophos. d. s. finautem. &
vbi que Accurs.

de venditione, sed de transactione: quæ cùm diuisionem con-
tineat^a, & nihil aliud sit diuiso, quæ mutua permutatio re-
rum^b, non dubium, quin ex propria transactionis significata
tione permutatio comprehendatur^c.

v GIPSOS DOMINOS PER SE.] Non potest per
procuratorem dominus nouum emphyteutam suscipere, sed
per se, vel per literas suas, tenetur eundem inuestire^d. Nec no-
uum quædam per procuratorem explicari non posse^e. Quæ
res manifestum constituit discrimen inter feudum, & emphy-
teutism. Cùm in illo per procuratorem inuestitura rectè fiat,
& suscipatur^f. Cuius rei differentia ratio, cùm nulla proba-
bilis assignetur, plerique legem nostram coarctant, vt de pro-
curatore generali loquatur: Censentes per procuratorem, spe-
ciale mandatum habentem, posse dominum renouare inue-
stituram^g. Cùm non per specialem procuratorem explicitur
grauia quæque negotia^h. Verum hæc interpretatio Iustinia-
ni verbisⁱ non consentit. Quanuis veram putem, vt & in
feudis^j, & sacerdotiis^k, in emphyteusi quoque, cùm diuersi-
tatis ratio nulla proferatur, inuestituram concedi, suscipiç
per procuratorem rectè posse^l: præterquam in specie huius
legis, vbi, scilicet, præcedente denuntiatione, & expectato bi-
 mestri, secundum formulam Iustiniani k, translatâ fuit in ex-
traneum emphyteusis. Tumq; in pœnam, odiūm q; tardita-
tis, & procrastinationis dominis^m: ne inuidia nouæ illius ac-
quisitionis, quam molestissimè ferre differendo simulat, pos-
sit dominus quoquo pacto calumniari nouum emphyteutā,
in rei possessionem temerè introductum.

x GVEL PER LITERAS SVAS.] Hinc obserua, pro-
priam alicuius scripturam, potentioris esse virtutis, roboris,
& effectus, quæ mandatum procuratorum. Quod ad huc
casum, ex his quæ mox diximus, necessariò restringendum
venit.

y GSI HOC NON POTVERINT VEL NOLVE-
rint. Solent hī casus noluntatis, videlicet, & impotentiae, in
iure æquiparariⁿ. Quanuis & aliquando perquam dissimi-
les habeantur^o. Cuius rei iudicium ex præsumpta proferen-
tis voluntate petendum est.

z DEPOSITIONEM.] Id est, professionem, apud acta
factam.

aa GVEL PRAESENTIBVS TABVLARIIS.] Ta-
bulariorum non una est significatio, vt in Miscellaneis do-
cuimus^p. Hic eo verbo designantur Tabelliones, seu Nota-
rij, qui publica autoritate instrumenta conficiunt. Vt & ali-
bi sæpe^q. Quoniam verò pluralis eloquutio, duorum saltem
numerum desiderat^r, videntur Iustiniani verba in hac spe-
cie, duorum Tabellionum præsentiam exigere^s. Cuius rei
non alia ratio reddi potest, quæ à nobis mox tacta fuit,
in procuratoris constitutione. Vt videlicet, maior in hac solen-
nitate, præcidatur omnis via domino, nouam acquisitionem
calumniandi. Alioquin non video, cur non unus Tabellio sus-
ficiat, pluralisq; numerus (vt & in aliis passim iuris partibus)
in singularem resoluatur^t.

Inuostitu-
ra quando
dari susci-
piq; potest
per procu-
ratorem.

Nova de-
claratio.

Casus no-
luntatis et
impoten-
tia.

Tabularij.

Attestatio. bb **P**ER A T T E S T A T I O N E M.] Hoc est, declaratio nem voluntatis suæ coram testibus extra iudicium factam f. De cuius dictionis similiūm & significatione, satis multa diximus supra g.

f *l.f.C.de neg. gest.*

g *In l.j.hoc tit.*

cc **C** E L E B R A N D A M.] Habet hæc clausula, siue maius periodus, hunc sensum. Ut si nequeat dominus, vel etiam nō sit, nouum emphyteutam perse, aut propriam scripturam, mittere in possessionem (quod inuestire dicimus) eundē recipere posset, licet absentem, per depositionem, vel attestacionem, præsentibus tabulariis, hoc est, voluntatem suam apud competentis iudicis acta, declarando, veletiam extra iudicium, coram testibus, & in præsentia Tabellionum.

Auaritia grauitate incepsit. dd **G**E T N E AV A R I T I A.] Hoc est, libidine quadam inexpibili, & cupiditate immoderata. Quam, vt ille dicebat^a, Nemo sapiens vñquam concipiuit. Etenim velut malis venenis illita corpus eneruat, & affligit, animum virilem effeminat, virtutes omnes contundit, deformat, & reddit obsciriiores. Quam Iustinianus^b, præcinente D. Paulo^c, meritò dixit occasionem esse, & radicem omnium malorum. Ut & vice versa, inquit Augustinus, Radix omnium bonorum est charitas^d. Nam insatiabile pecuniae studium, nec viuentibus parcit, nec mortuis. Quod ex diametro cum Deo vero pugnare, Diuus Paulus vbiique indicat, Auaritiam, idolorum seruitutem appellans^e; ab eadem præterea mores Christianos adeò segregans, vt nec quidem in nobis eam nominari velit f. Et Christus alibi^g. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Nihil magis inter se pugnare significans, quam Deum, & Mammonem. Deus enim vt nostra largiamur pauperibus, eisdemque perclitantibus consulamus, præcipit. Mammona iubet, vt nobis vivamus, & per fas, nefasque rapiamus aliena. Quisquis igitur, inquit Gregorius, Auaritiam idolorum servitutem diligenter non præcauet, hereticus est, fidem facto negans, quam verbis se tenere simulat^h. Et Hieronymus, Ex quo in Ecclesiis crevit avaritia, periisse legem de sacerdote dicit, & visionem de propheta i. Ei verò qui avaritiam oderit, longævam ætatem sapiens pollicetur k.

a *salustius.*
b §.j. circa med. ut iud. sine quoq; to coll.y.

c *I.ad Timoth. vij.*

d *c.quia radix.de pœnit. distinet ij.*

e *Ad Coloss. iiij.cap.auaritiae.in princ.de elec.t.in vj.c.sicut vrgeri.j. q.j.*

f *Ad Ephes.v.*

g *Math.vj.*

h *c.cum omnis.j.q.j.*

i *c.Diaconi.S.nunc autem.x.ij.di- stinct.*

k *Proverb.xxvij.*

l *Illicitas. §.ne potentiores. f. de offic.præfid.*

m *Columell.j.dere rustic.cap.vj.*

Domino- rum infi- lentiā. ee **Q** V O D V S Q V E A D P R A E S E N S T E M P V S perpetrari cognouimus.] Fuit semper quorundam dominorum insolentia, & improbitas tanta, vt sub specie iuris sui tentauerint illicitas exactiones facere l. Cùm tamen potius eos deceat, cum colonis suis, & subditis, agere benignè, ac humana niter, nec omnia ad vivum summo iure resecare. Quemadmodum l. Columella per pulchrè differit^m.

ff **P** R O S V B S C R I P T I O N E S V A V E L D E P O sitione.] Quia nouum emphyteutam inuestiunt, seu in acqui sita rei possessionem introducunt:

gg **T**NISI QVINQVAGESIMAM PARTEM.] Nō tenetur dominus nouum Emphyteutam gratis in possessionem introducere, seu, vt crassius loquamur, inuestire. Nam hoc nomine, quinquagesimum numum pretij, aut (si res non fuerit vendita) aestimationis agrí emphyteutici, diffiniuit ei *Laudemium.* lex: " vulgus Laudemium vocat, voce barbara, cæterum à ver

a *vthic.*

f

Laudare.

- b Gulielm. Budæ. l. Herennius ff. de
cœnicio.
c Gell. lib. noct. Attica. j. c. vj.
d l. tenetur. s. si tibi. ff. de act. empt.
l. j. Versic. j. C. de in lit. dand. tuto.

- e Bud. d. l. Herennius.
f And. Alciat. lib. parerg. j. c. xlv.

g Ut hic.

- h l. si seruus plurium. s. final. ff. de
leg. j.
i l. debet. infi. ff. de adil. edict.
k Accur. hic.
l l. haetenus. l. si pendentes. s. si quid.
ff. de v. susfr. l. rescripto. s. final. ff. de
muner. et hono.
m l. secundum. ff. de reg. iur.
n Bal. in rub. C. de reb. cred. ij. q. &
in l. si pradium. C. de adil. atlio.
o Bar. l. et ideo. ff. de cond. furt.
p l. si. C. de litigios. et hic.
q l. alienationes. ff. fam. ercisc. l. j. ff.
defund. dotal.
r l. quierat. ff. fam. ercisc.
s l. final. C. de litigios. Guid. Pap. q.
ccccxj. Bar. d. l. et ideo.
t l. filius fam. s. diui. in fi. ff. de leg. j.
v d. l. fi. C. de litigios.
x l. in rebus. C. de iur. dot.
y lib. v. Miscell. c. xiiij.
z specul. tit. de Emphyte. Versic. cx.
salyc. hic.
aa Ut hic.

- bb l. j. l. donari. ff. de donat. l. dona-
ri. ff. de reg. iur.

- cc l. fi. ff. de re. permut. l. fin. ff. quib.
ex cau. in poss. ea.

- dd Ut hic. Vers. estimationis.

- ee Ut hic.

- ff Guid. Pap. q. c.

- gg Guid. Pap. q. xlviij. et xcij.

- hh l. falsus. s. fi. ff. defur.

bo Laudo, sicuti Budæus scribit^b, deducfa, quod prisca lin-
gua significat nomino, & appello^c. Vnde & laudare autho-
rem, in iure nostro dicimus, pro eo quod est nominatum cito-
re, & ad sui defensionem euocare, accerseré^d. Quod + ita-
que teneatur intra paucos dies emptor domino (à quo rem
accipere, & inuestiri debet) suum authorem nominare, di-
cūm est Laudemium, à laudando, id est, nominando^e: aut vt
alijs malunt^f, à verbo Laudo, quod est (vt aiunt) in iure no-
minatim approbo, quia debeat dominus emptorem emphy-
teuticæ rei laudare, hoc est, approbare. Sed cùm eius signifi-
cationis, nullam autoritatem cítent, superiori allusioni sub-
scribere malo. Latinus esset, fateor, Laudatium dicere, vt &
Donatiuum usurpamus, pro eo munere quod elargitur prin-
ceps militibus. Sed quovis nomine vocetur præmium istud
laudatorium, illud de iure constat, dominum hoc nomine
quinquagesimam accipere^g. Pro varietate tamen locorum,
quia solet hodie laudemiorum ratio variari, alia summa ples-
runque præstatur. Quapropter hac in re censeo, consuetudi-
nem regionis exquirendam^h. Sanè verò, cùm soleant istius-
modi onera, emptorem sequiⁱ, laudatui onus non eius est
qui vendidit, sed noui Emphyteutæ^k: vt potè, quod propter
rem debeat^l, & eum sequantur detrimenta, quem perpe-
tuò lucra comitantur^m. Qua ratione receprim, vt si munici-
pij lex, de quoconque contractu solui gabellam præcipiat, ad
23 acquirentem spectet hoc onusⁿ. Vt autem + sciamus, ex qua
alienationis specie, laudatium debeat^o, voluntariam à ne-
cessaria, cum plerisque^p distinguendam arbitror. Vt ex hac
minime præstandum sit. Ex illa, debeat^q. Neque enim le-
ges alienationem prohibentes, ad eam quæ fit ex necessitate
protenduntur^r. Ex diuisione igitur rei emphyteuticæ (cùm
necessariis alienationibus annumeretur diuisio^s) non debe-
bitur laudatium^t. Eadēm q. ratione, nec ex datione in solu-
tum, quam iudex decernit^u. Non item ex constitutione do-
tis^v, cùm & in domino mulieris, res dotales naturaliter, &
verè permaneant^w. Quod aduersus cæteros, iamdiu luculen-
ter ostendi^x. Quanvis alijs superstitione distinguant, an facta
sit rei dotalis æstimatio, nec ne^y. Ex alienatione verò volun-
taria, veluti ex venditione, non dubium quin laudatium præ-
stetur^{aa}. Vnde, & ex donatione simplici quæ mera est, & vi-
tronea liberalitas, nullo iure debita^{bb}. Et ex permutatione,
quæ venditioni similis est^{cc}, rectè diximus supra laudemium
soluendum esse^{dd}. Cùm iis casibus nulla subsit necessitas, &
eadem vigeat ratio, quæ in venditione: nempe labor inuesti-
turæ, in cuius gratiam, & compensationem, præmium istud
domino defertur^{ee}. Vnde veram rei traditionem intercede-
re oportet, neque simplex precari constitutio, aut alia tradi-
tio ficta sufficit: cùm cesset ratio laboris inuestituræ^{ff}. Ex
24 + donatione tamen, & permutatione, mos inualuit in Del-
phinatu, vt dimidia tantum laudemia soluantur^{gg}. Porro au-
tem vbi de hoc laudatorio præmio, controuertunt dominus
soli & fructuarius, receptum est, proprietarium inuestire de-
bere^{hh}, laudatium tamē ad fructuarium pertinere; vt potè,
cuius

Lauda-
rium pre-
stat em-
ptor.Lauda-
rium ex
quo contra
Etu debeat
tur.Donatio
an laude-
rium pa-
titur.An ad
fructuarium
laudemia
pertinet.

cuius sint omnes in uniuersum fructus, & quæcunq; obuentiores¹¹.

Pretium arguit emptionem. hh § P R E T I I.] Vbi res vendita fuit. Pretij nanque mentio, quæ ad emptionem propriè refertur ^{kk}, declarat hic agi, de venditionis contractu.

ii § V E L A E S T I M A T I O N I S.] Hæc verba satis ostendunt, Iustinianum ad venditionē se non coarctare, sed generaliter alterum quemlibet contractum comprehendere, quo rei emphyteuticæ dominium in alium transfertur. Vnde cui etiam donatum fuerit, aut permutatum ius emphyteuticum, quemadmodum supra diximus, quinquagesimum numum. Laudatiū nomine, domino præstabit. Nō quidem pretij (cum nullum interuenerit) sed communis æstimationis, nam & iis similibusc; casibus, par est eadēm q; ratio, in gratiam vii delicer, & veluti compensationem receptionis ac inuestiture.

kk § L O C I] Hoc est, agri Emphyteutici.

II § G A C C I P E R E.] Ab emptore, seu nouo Emphyteuta, quæ sequuntur onera istiusmodi¹¹. Quod latius attigimus supra. mm § A T T E S T A T I O N E.] Id est, denuntiatione, secundum huius legis formam^{mm}.

nn § V E R S A T V S.] Emphyteuta.

oo § I U R E E M P H Y T E V T I C O C A D A T.] Ipso iure, non expectata sententia. Si t; enim ob cessationem solutionis canonis, Emphyteuta priuetur ipso iure^a, ergo & per indebitam alienationem, cum hæc duo claudat lex una determinacione^b. Quinimo, multò magis, cum grauius sit delictū quod faciendo, quam quod negligendo committitur^c. Nec obstat, quod verbum *Cadar*, quo Iustinianus hīc est usus, referuntur verba ad actus iudiciarios. Secus si ad contractus, aut alium actum extrajudiciale^d. Sanè quod dicitur hīc, Emphyteutam neglecta forma nostræ legis alienantem, ipso iure priuari, accipiendum est, si dominus velit^f. Neque enim potest eam causam prætexere Emphyteuta, vt rem inuito domino deferat^g, ne quod lex in domini gratiam introduxit, in eius odium referatur^h.

Ethæc sunt quæ de Emphyteutico iure, pro captu ingenij,
breuiter tetigimus. Tuum est candide lector, insti-
tutum hoc infelicem exitum prouehere, &
conatum nostrum æqui boni-
que consulere.

IOANNES CORASIVS TOLO-

sæ, die xv. Decembris 1538. Repetitum
Valentia, die viij. Augusti,

1549.

ii l. vfructu legato ff. de vfruct.
Guid. Pap. q. cccc. xxvij.
kk l. fi. C. de præd. decurio. lib. x. Accurſ. b. cum dotem. C. de iur. dot.

ll l. debet. in fin. ff. de adil. edit.

mm verific. sed ne hac occasione. vbi dixi.

a l. y. hoc tit. vbi dixi.

b c. fin. de locat.

c l. qui autem. in princip. ff. quæ in frau. cred. l. semel mora vbi Accurſ. ff. solut. matrim.

d Accurſ. & Bar. l. iubemus. s. sa-
nè. C. de sacro sanct. eccl. & in l. in
criminali. C. de iuris d.

e l. fi. verific. pen. C. de locat.

f d. l. y. vbi posui.

g l. y. & ij. ff. de leg. commissio. l.
quicunque. C. de fund. patri. lib. xj.

h l. quod fauore. C. de legib.

Verba fu-
turi tem-
poris quan-
do intelliz-
gatur ipso
iure.

EOANNIS CO:
RASII TOLOSATIS IV:
RISCONSULTI CLARISSIMI,
in legem vltimam,C.de posth.hæred.
instituendis,& in l. Quoties.C.
de rei vendicatione,com-
mentarij,



A D A V D I T O R E S
T O L O S A N O S.

2
IOANNES CORASIVS
IVRIS CONSULTVS, NOBILIS-
SIMIS AUDITORIBVS
TOLOSANIS
S. D.



VPERIORIBVS diebus (Auditores nobilissimi) s̄ep̄e numero Oratores ad me veni-
stis, vt de aliqua iuris parte, apud vos dice-
rem. Cumq; non potuissim ego huic tam hone-
stae petitioni morem gerere: partim per nego-
tia, quibus penē obrutus sum, partim per ma-
lam valetudinem, quæ me dies aliquot grauiter affixit: furtiuis (vt
aiunt) operis, & lucernulam, quædam obiter in gratiam vestram
meditanda curavi, pretium operæ me facturum existimans, si da-
rem operam, vt quod per nostræ viuæ vocis fortasse penuriam, vobis
deerat, mutus ipse magister vt cumque supplerem, & ita quoquo-
modo possem, vestro satisfacerem desiderio. Hæc autem qualiacun-
que sint, vobis (qui filiorum loco mihi semper fuistis) merito sacrare
volui, quæ tanquam Mnemosynum præceptoris vestri lubentes acci-
piatis volo. Quoniam verò tumultuarie, & à nobis aliud agentibus
conscripta sunt: nolite quæso, hoc in me tempore, quo nec ocio, nec li-
bris abundo: artem, vel naturam requirere. Neque enim ab in-
genio, vel diligentia, tam parum possum, vt istis longè
maiora, & studio homine digniora, cum
otij plusculum dabitur, non audeam
polliceri. Promoueat
Christus studia
vestra.

Tolosæ viii. Calend. April.

I S 4 9.

3

IOANNIS CORASII
TOLOSATIS IVRISCONSULTI
IN LEGEM VLTIMAM, CO-
DICE DE POSTHVMIS HAE.

RED. INSTITVENDIS.



S Y M M A E R E R V M.

- 1 *Testandi libera facultas.*
- 2 *Papa non eligit successorem.*
- 3 *Solennia testamenti duplia.*
- 4 *Præteritio annullat testamentum.*
- 5 *Præteritus verbis, non mente.*
- 6 *Species legis.*
- 7 *Ratio dubij, & decisionis.*
- 8 *Exposita l. commodiſime.*
- 9 *Testamentum conualeſcentia non revocatur.*
- 10 *Noua interpretatio.*
- 11 *Alciati mors.*
- 12 *Neotericorum calumniosa reprehensio reiecta.*
- 13 *Mulier quo mensibus partum gestet.*
- 14 *Annus cur olim decem mensium.*
- 15 *Posthumus qui propriè.*
- 16 *Iurisconsultorum ſectæ.*
- 17 *Posthumus an ex hæredari poſſit.*
- 18 *Voluntas testantis, omni modo adiuuanda.*
- 19 *Testantis inepta diſpositio reiçitur.*
- 20 *Præteritione filij, cur lex testamentum annullet.*
- 21 *Dominium quando pro ſolido, apud duos eſſe poſſit.*
- 22 *Noua ratio.*
- 23 *Annullatio aetius, an ſit poena.*
- 24 *Poena qua propriè dicatur.*
- 25 *Decretum irritans.*

SEQVITVR NVNC CONTEX-
tus Iustinianæ constitutionis.

IMPERATOR IVSTINIANVS
Iuliano Præfecto prætorio.



VIDAM cum testamentum faciebat, his verbis vſus est, si filius vel filia, intra decem mensium ſpatium⁴, post mortem meam fuerint æditi⁶, hæredes funto. Vel ita dixit, filius vel filia, qui intra decē menses proximos mor

tis meæ nascentur, hæredes sunt. Iurgium antiquis interpretatoribus legum exortum est^c, At videantur^d non contingeret testamento, & hoc ruptum facere^e? Nobis itaque eorum sententiam decidentibus, cum frequentissimas leges posuimus, testatorum voluntates adiuuantes^f, ex neutra huiusmodi verborum compositione, ruptum fieri testamentum videatur^g. Sed sine viuo testatore, siue post mortem eius, intra decem menses, à morte testatoris numerandos, filius vel filia fuerint progeniti, maneat testatoris voluntas immutata, neque poenam^h patiatur præteritionis, qui suos filios non præteriit.

ENARRATIO CORAS II.



V M videret lex xij.tab.nihil magis hominibus deberi, quām vt rata sit extrema eorum voluntasⁱ: quia in priuatis actis, vt Cicero dicebat^j, nihil firmius, nihil stabilius esse oportet. * Liboram vnicuique potestatem, de rebus suis post mortem disponendi, in hac verba fecit. Paterfamilias vti rei suæ legasset, ita ius esto^k. Quo iure etiam nunc utimur, disponat, inquit Iustinianus^l, unusquisque de rebus suis vt dignum est, & sit lex eius voluntas, sicut lex antiqua xij: Tab. ex pene omnium prima constituit. Neque vero ignoror, id legem indulssisse, contra strieti iuris regulas: quae negant, in id tempus dispositionem conferri posse, quo quis futurus non sit rerum suarum dominus^m, ex ideo licet Papa, suprema illa sua papatus auctoritate, se abdicare possitⁿ:

Disponedi
post morte
libera fa-
cultas.

Papa non
eligit suc-
cessorem.

2 non tamen valet eligere sibi successorem^o, tum ne temere statum Ecclesiæ immutet^p, tum etiam quod in id tempus nihil statuere potest magistratus, quo non index futurus est^q. Nam & Papa Christi vicarius est^r; vicarius autem alium vicarium generalem facere non potest^s. Cæterum voluit lex hac in re, vt & in alijs plerisque locis^t. Aequitatem bono præsertim publico coniunctam, magis quam strictum illud & exactum ius attendi. Quid enim est, quod magis hominibus debeatur, quām vt supremæ voluntatis liberum sit arbitrium^u? Quid econtra magis iniquum, quām ingenius, & sane mentis hominibus liberam testandi factionem auferre^v? quam effectum & exitum habere, maxime Reipublicæ interest^w. Neque tamen ideo putandum, iuris authores voluisse unumquenque temere, & pro suo captu, de rebus suis post mortem disponere: sed vt dignum est^x, hoc est certa forma, certisq; adhibitis solennibus^y, sine quibus noluit ratam haberet defuncti voluntatem^z. * Eius autem formæ, eorumq; solennium, alia probationem respiciunt: vt testimoniū numerus, & solemnitas^z. Alia substantiam,

solennitas
testamenti
duplex!

a l.i.C.de sac.sanct.eccles,
b Cicer.y, Pbilipp.

c l.Verbi legi. ff.de verb.sig.
d §.disponat.de nup.coll.iiij.

e l.quod sponfa.C.de don. ante nup.
f c.j.de renuntia.in vj.

g Glo.c.apostolica. §.si.vij.q.j.
h c.quæ ad perpetua.xxv.y.q.j.
i l.eum qui ff.de iuris d.omn.iudic.
k c.inter corporalia. & c.quanto.de
translat.episc.
l c.clericos.de offi.vicar.
m l.null.a. ff.de legib.l.penult. ff.de
constit.pec.l.si seruum. §.sequitur. ff.
de verb.oblig.l.placuit.C.de iud.

n l.j.C.de sac.sanct.eccles;

o Lex factio. §.j. ff.de vulg.
p l.vel negare. ff. quemad. testim.
aper.

q §.disponat.de nup.coll.iiij.
r l.j.C.de fideicom.
s l.nemo potest. ff.de leg.j.

t d.l.j.C.de fideicom.

DE POSTH. HAERE. INSTIT.

Liberoru
verbum.

Præteritio
verbalis
non men-
talis.

tiam, ut in testamentis hæreditis institutio⁹, quæ veluti basis, caput, & fundamentum totius testamenti intelligitur^x. Institutio præterea, aut ex hæredatio liberorum^y, ne illis præteritis, ipso iure testamentum ruat^z. Liberoru autem verbum latissime patet, quippe continentur omnes omnino descendentes, & masculi, & feminæ, & naturales, & adoptiui, & tam nati, quam nascituri: tamq; filij, quam nepotes, hoc est omnes qui in infinitum descendent^a. Et ideo cuiuscunque gradus, qualitatis, sexusve existant liberi sive mares, sive feminæ^b (quauis de filiabus diuersum putarit antiquitas^c) sive naturales, sive adoptiui^d, sive nati, sive nascituri, id est posthumi^e, vel hæredes institui debent, vel nomina-
4 tim ex hæredari^f. Nam silentio præteriti, nullum ipso iure faciunt testamentum^g. Tametsi testanti præmoriuntur^h. Cum enim testamentum semel ipso iure nullum fuerit, ac proinde mox factus locus successioni intestatiⁱ: Non debet posse tractu temporis fir-
5 mari, aut conualefcere: quod prorsus extinctum fuit^j. Et hæc vera, vbi filij prorsus præteriti sunt, ninurum & verbis testamenti, & testatoris sententia^k. Nam si mens defuncti, coniectura aliquaprobabiliter depræhenderetur fuisse, casu qui spectata verbo-
rum superficie omissus videtur, vocare filios defendetur dispo-
sitio^l. Ut in eo responsum est, qui filiae prægnantis uterum instituit: cùm ipsa die qua conditum est testamentum, albescente Cælo, ruri iam fuisse enixa^m. Et de posthumo præterito testamento matris, quæ in puerperio repentina morte decepsit, quem cum fratribus institutum censeri, coniectura mentis Seuerus Imperator edixitⁿ. Prostat & elegas in hac nostra constitutione exemplum. Ad cuius speciem venio.

S P E C I E S F A C T I.

species no-
stre legis.



6 ITIVS *cum testamentum ordinaret, vxorēm, que prægnantem suspicaretur, posthumum instituit in hæc verba. Si filius, filiā ve, intra decem mensum spatiū, post mortem meam fuerint editi, hæredes sunt. Aut (quod idem est) intra decem menses proximus mortis meæ. Quæ situm est, cùm viuo testatore posthumū nasci contigisset. An illius nativitate, ruptum fieret testamentum? quæ vetus fuit quorundam controuersia, quam Iulianus præfectus prætorio finire ausus nō est. Sed Justinianum Cæsarem rogauit, qui hac constitutione neglecto subtili iure, adiuvandam censuit, ex bono & equo defuncti voluntatem, ita vt siue viuo, siue mortuo testante, nascatur posthumus, non præteritus, sed institutus videatur. Hæredem autem aliud à posthumo in hac specie fuisse institutum, nonnulli (quorum ego nomini parco) necessariò exaudiendum purant, nam si ex asse posthumus hæres scriptus fuisset, quorum (inquiunt) tentasset, testamentum euertere, ex quo to-

5

v l. proximè. vers. pen. ff. de iis quæ in test. delent.
x §. ante hæreditis. de legat.
y l. inter cætera. ff. de lib. & posthu.
z l. si quis eum. §. ff. de vulg. liij.
§. ex iis ff. de iniust. test. §. j. de exha.
lib.

a l. liberorum. l. cognoscere. §. j. ff. de verbo. fig.

b §. j. de exhaered. lib.

c l. maximum. C. de lib. præter.

d §. adoptiui. de exhaered. lib.

e liij. ff. de iniust. test. §. j. de exha.
lib.

f l. inter cætera. cum vulg. ff. de lib.
& posthum.

g l. si filius qui. ff. illo tit.

h lij. §. fin. ff. si tab. test. null. extab. l.
ff. de lib. & posthu.

i l. quires. §. aream. ff. de solution.
k d.l. inter cætera.

l l. Clemens. ff. de hæred. instit.

m l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. &
posthum.

n liij. C. de inoffic. testam.

a l.i.j.C.de codicill.

b l.filio præterito. ff.de iniust. t. st. 4.

c Aut. ex causa & incorpore. C. de lib.præter.

d d l.i.C.de codicill.

e l.commodissimè. ff.de liber. & posth.

f l.iij. §. conditio. ff.de adi. leg. l.iij. C.de liber. præter. l. cum virum. vbi dixi. C.de fideicom.

g l.pater severiam. §. conditionum verba. ff.de cond. & demonstrat. l.i. tibi pecuniam. ff.si cert. pet.

h l.fi. in princ. C.de necess. Jeru. l.eum questio. C.de lega.

i l.in conditionibus. ff.de condit. & demonst.

k §. disponat. de nupt. coll. iij. d.l.fin. d.l.in conditionibus.

l l. commodissimè. ff.de liber. & posthum.

m l.Titius. §. Lucius. & l.si ita. ff.de lib. & posth. l.iij. C.de inoff. testa.

n l.non omnis. ff.si cert. pet. l.senatus. §. j. ff.de don. cau. mort.

o DD. in d. l. non omnis. dixi in l. vbi ita. ff.de don. cau. mor.

p Cum. Caff. Imol. & Iaf. d.l.commodissimè. Fulg. & Iaf. hic.

q d.l.commodissimè.

r l.si extraneus. ff.de cond. cau. da. l. si cum dorem. ff. sol. matr. c. suscep. de rescript. lib. vj.

s l.cum Prætor. ff.de iudic. l. mari- tus. C.de procur.

t l.si ita quis. §. fi. ff.de leg. ij. l.fi. C. de iis qui ve. atat.

v d.l.commodissimè.

tum nancisci poterat? Sed non satis aduertunt illi, hoc etiam iure⁴, nedum lege pandectarum. Destructio testamento ex causa præteritionis filij nati, aut nascituri legata non deberi, quæ tamen per nouellam Iustiniani sustinentur⁵. Quocirca licet demus, posthumum ex aſſe scriptum hæredem fuſſe; ytile tamē illi fuit, rumpi præteritione testamentum, ut cæ-

teris testamento, vel codicillis contētis, exoneraretur⁶. ¶ Dabitationem faciebat Pomponij responſum⁷, quod ne posthumi præteritione testamentum rumpi contingat, sub duplīci conditione vult institutionem concipi, nimirū ſi ſe viuo, vel ſi ſe mortuo nascatur, alterius horum caſuum expreſſionem ad alterum trahi negans.

Decisionis ratio, ex bono & æquo descendit, qua vbique mouemur, reiecto ſubtili iure, ſequendam defuncti voluntatem, vt praesertim defendatur actus, qui ſuperficie verborum nimis anxiè ſpectata, alioquid corrueret⁸. Et quoniam cum in omnibus⁹, tum vel maximè in conditionibus¹⁰, principem locum tenet testatoris voluntas, & dominatur¹¹. Voluisse autem teſtantem, in hac ſpecie vita quoque caſum comprehendere, ex vi verborum, quibus viſus fuit, perspicuum mox faciā.

¶ Nec obſtat Pomponij responſum¹², quoniam dicit crebro ſole, testatorem illic caſus ſi ſe viuo, & ſi ſe mortuo, pro diuersis habuiſſe. Hic non item, ſed quia credebat defunctus cum testabatur, ſe breui moriturum, graui nimirū morbo laborans, temporis poſt mortem tantum meminit, in caſum vitæ pariter diſpoſiturus, ſi ſe tandiu viſtetur speraſſet¹³. ¶ Atque hinc colligunt interpretes testamento ab ægrotate factum, ſola conualescentia non reuocari. Licet in donatione cauſa mortis ſit diuersum¹⁴. Quia de re alibi pluscula¹⁵. Sed cum hic ſensus inſolenter nimis ad vtranque constitutionem arioletur, & noſtram nimis reſtringat, acutiorum iudicio iure, meritōque reiſcitur¹⁶, quid enim ſi quispiam bene valens ita teſtatus eſſet? Alij aliter, atque aliter, fortissimam hanc antinomiam diſſoluere tētant, in variisque diſtracti ſententias, maiorem in modum lancinant vtriusque legis verba; cum tamē nullus ſit, qui rem acu (quod aiunt) plane tetigerit. Ut quod de mulieribus Plautus, idem quoque de eorum opinionebus verè dicit possit.

Optima nulla potest eligi. Alia alia peior frater eſt.

Eas autem quoniam ex aliorum ſcriptis, abundè confutanſur, referre opera & pretium nobis viſum non eſt, ſed noſtram tandem recitare ſententiam, nimirū eam, quam verba legis ſignificant, cum aliā nihil ſit tam absurdum, quod argutiis non extorqueat.

¶ Dicendum¹⁷ igitur institutionem praesertim conditionalem, ad caſum omissum, qui expreſſe diſſimilis ſit, regulariter non produci¹⁸, vt & in aliis prouisionibus receptum eſt¹⁹. Cum enim vnius caſus expreſſio alterum excludat: non eſt veriſimile diſponentem, de omissio cogitasse²⁰, recte itaque Pomponius²¹ reſpondit, posthumum ſuum hæredem, à teſtante commodiſſimè inſtitui, ſiue ſe viuo, ſiue ſe mortuo nascatur: quia ſi alteruter caſus omissus fuerit, eo natus rumpit teſtamentum

Ratio du-
by.

Ratio deci-
dendi.

Intellekt.
communis
ad hanc l.

Teſtamen-
tum non
reuoſatur
conuaſcen-
tia.

Mulier
vix nulla
bona.

Noua de-
claratio l.
commodiſſi-
mè & le-
gis noſtræ.
Extenſio
quando ad
caſum o-
mifūt.

mētum, à cessante verò ratione excipitur ille casus, quo probabili aliqua coniectura deprehendimus testantem casum omissum excludere noluisse.^x: vt in eo responsum est, qui cum adhuc prægnantem neptem existimaret, quod in vtero neptis erat instituit: cum interim illa eodem die albescente Cœlo peperisset^y. Et in vulgari substitutione dicimus, eam in vnum casum conceptam ad omissum protendiz, transfundiqz casum noluntatis (vt ita loquar) in casum impotentiæ^z. Et ideo substitutio in casum si posthumus non nascatur concepta, effectum habet (præterquam contra matrem) si posthumus natus sit, & in pupillari ætate decebat^b. Quia pariter ratione, in hac lege, si demus veram, communem interpretationem, díci potest, quoniam apparebat conditionem se mortuo, ab eo adiectam, qui se tunc moriturum credebat, cùm præter spem superuixerit, casum se vivo contineri^c. Sed quia sicut supra dixi, hic sensus diuinatorius est: Tenendum quod alibi docui^d, casum si se vivo non fuisse in hac specie, prorsus omissum: vt pote qui sub expresso satis comprehendatur: quippe dixerat testator, *Si filius intra decem menses, post mortem meam nascatur*. Particula autem intra, pro vsque accipiatur, à dispositionis tempore sumens initium^e, casus autem ille non censemur omisssus, qui ex verbis etiam impropriè acceptis, comprehendendi potest^f. Vnde non mirum, si eo quoque casu, quo vivo testatore nascatur posthumus^g, ceseatur institutus. Atque ita quoque mihi visus est, hanc Antinomiam nouissimè sedasse, Andreas † Alciatus^h, Iurisconsultorum seculi nostri doctissimus, ac præter egregiam optimarum litterarum cognitionem, inter Legū professores præcipui nominis, qui nuper Papiae, magno studiosorū præsertim ciuilium malo, III. Idus Ianuarías, diem ultimū obiit. Christus propitius sit illius manibus.

¹² Ecce autem † è transuerso peregregij (si diis placet) quorundam commentarij nuper prodierunt, quibus Alciati Corasiique sententia palam damnatur. Cum tamen interim nihil afferant, quod vel tantillum illam impugnet. Quin & ipsi met ignauorum morem militum imitati, qui cùm verbis nō secus ac clamosæ mulieres dīgladiati fuerint: quamprimum manus sunt conserendæ, hosti se turpiter dedunt, fortissimis argumentis vieti intra nostrum sese præsidium, recipere concurrunt: ad hęc scire verba: *Putamus per illam orationem, si filius intra decem menses post mortem meam nascatur, &c.* Filiū etiam in vita natum institutum videri: cùm eo sermone, totum intermedium temporis, ex die dispositionis sumens initium, contineaturⁱ. Addunt & illi, ex poena sua defendi posse, utramque conceptionem, in specie legis nostræ, testamento scriptam fuisse: quod certè risu, ludicrū maxime dignum, cordati quiqz lectores, qui videlicet non sint omnino naris obesæ, iudicabunt. Neque illorum rationes inculcabo, quæ sanè frigidiores sunt, & ineptiores, quā vt accuratè eas refellere, operæ pretium existimem. Nam & superstitionis merito videri possem, si singulorum dicta tam anxiè inuestigarem, eorū præsertim, qui neqz cœlum, neque terram attingentes, nihil aliud quām rerum umbram consequantur.

x l. Titius. §. Lucius. & l. fita. ff. de lib. & posth. lib. C. de inoffic. testam.

l. Clemens ff. de haered. instit.

y d. §. Lucius.

z l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. delib. & posth.

a l. cum proponas. C. de haered. instit.

b l. fita. C. de institu. & substit.

c d. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posth.

d in l. post aditam. nu. xiiij. C. de im- puber.

e l. fita fuerit. §. f. ff. de ma. testa. l. fit. ff. de verbo. fig.

f l. Diuus. ff. de vſu & habit.

g l. Illud. ff. de acq. haered. §. illud. de societa.

h. lib. iij. de verb. fig.

i l. fita fuerit. §. Labeo. ff. de man. testam.

*Legitimus
pariendi
tempus.*

a. & C. illus. in princ. ff. de liber. &
posthum. & hic cum similib.
b lib. ij. Miscella. c, xij.

c. Aristotel. lib. de natur. animal.
vij.
d. Plaut. in Cistellaria.

e sapientia vij.
f. Ouid. lib. j. Falso.

g. lij. in prim. vers. posthumos. ff. de
in iust. test. l. nomen. ff. de verbor. sig.
h. Plautus in Cistellaria.

c. d. l. ij. §. posthumos.
d In rubr. ff. de lib. & posthu. & in
Rub. huins tit.
e. lij. §. hæc verba. ff. de neg. gest.
f Bar. la Gallus. in prim. ff. de lib. &
posthum.
g. l. quod si nepotes. ff. de test. tutel.
h. lij. §. ff. de vent. in poss. mitt.
i. lij. si ita quis. §. ff. de testam. tutel.
l. lij. §. pe. ff. de in iust. testa.

k. lij. §. posthumos. ff. de in iust. testa.
l. filius à patre. §. j. ff. de liber. &
posth. glo. in rub. huins tituli.
m. d. filius à patre. Vbi Bald.

n. in rub. ff. de libe. & posth.
o. §. sit igitur. quib. mod. natur. effic.
leg. §. reliquum. quib. mod. nat. effic.
sui. coll. vij.

p. lij. §. post hos quoque tubero. ff. de
orig. sur.

a. **N**TRA DEC E M M E N S I V M S P A^r
tium.] * Cur in pariendi tempore, iuris authores
decimi, magis quam non mensis meminerint^a,
præter alios in promptu causam esse, alibi proba-
ui^b, quia ut hoc seculo omnes exploratum habet,
nono mense partum ædi, ita veteres decimo parere mulieres
eredabant^c. Vnde Plautus ^d.

*Tum illa quam compresserat,
Decimo post mense exacto peperit filium.*

Et Salomon, decem mensium tempore coagulatus sum (fn^e)
quit) in sanguinem ex sanguine hominis^f. Deinde Ouidius
causam hanc esse dicit. Cur Romulus annum decem
tantum mensium fecerit.

*Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.*

b. **G**POST MORTEM MEAM FVERINT AEDI-
ti.] * Qui significantissime posthumi dicuntur, quasi post-
humationem patris nati^g. Ut & Plautus aperit^h.

*Qui post medium etatem ducit uxorem domum,
Si eam senex intra annum prægnantem fortuito fecerit:
Quid dubitas quis sit paratum nomen puero Posthumus?*

Non tamen negauerim, eum quoque posthumum dici, qui
post conditum testamentum, viuo adhuc testante nasciturⁱ.
Cæterum ut putant interpretes^j, impropriè; vnde inquit in
legibus municipijs, quibus verba propriè accipi debent^k:
non reperiatur hæc significatio f. Quod ego verum nun-
quam putauis, siquidem in tutoris datione^l, nedum exhære-
datione^m, perquam rigidè, ac strictè, verborum proprietati
seruiamus, & tamen si vel posthumus exhæredetur, vel de-
tur tutor posthumo, vtroque casu continebitur, qui viuo te-
statore natus estⁿ. Quocirca in quibus cinque legum testan-
tiūm ve dispositionibus, si non in diuersum nos vrgeat ratio,
posthumorū verbo, eos venire quoque intelligam, qui post
factum testamētum, in vita nascentur k. Posthumorum quo-
que loco habentur, qui post testamentum arrogati sunt^o. Et
eorum exemplo, qui condito testamento, natalibus sunt re-
stituti, seu vt vulgo loquimur legitimati^p. Quibus ideo per
præteritionem apertam esse fenestram irritandi patris testa-
mentum, tam ciuilī quam Prætoria lege, Iuniores alibi do-
cent^q. Cum lex dicat, eos à verè legitimis non differre^r.

c. **G**IVRGIVM A N T I Q V I S I N T E R P R E T A T O^s
ribus legum exortum est.] * Non est nouum altercare inter
se interpretes, aliudq; quibusdam, & aliud aliis, in eadem spe-
cie videri. Cum & ipsi iuris authores inuicem sape dissen-
tiant. Nam & Antistius, Labeo, & Atteius Capito, diuersas
sectas fecerunt. Labeonis quoque partes secutii sunt Nerua,
Proculus, & Pegasus. Capitonis verò, vterque Sabinus, ni-
mirum Masturius, & Cœlius, præterea Cassius, Lōginus, &
Priscus Iabolenus^t.

d. **G**AN VIDEANTVR.] Filij, scilicet in vita natū.
e. **G**NON CONTINERI T E S T A M E N T O, E T
hocruptum facere.] Quod enim in liberis iam natis dictum
est,

*Annum
cur decem
mensium.*

*Posthu-
mus quis
proprie-*

*Opinio cō-
munis im-
probata.*

*Posthumus
improperi
accepti.*

Præteritio
ne posthu-
mi quomo-
dorumpa-
tur testa-
mentum.

Posthu-
mus an
exhæreda-
ri posst.

Nova op-
nia.

voluntas
testantis
Vbiq. spe-
Etanda.

est, vt institui debeat, vel exhæredari, alioqui nullum sit testamentum^a: in posthumis quoque, hoc est, nondum natu tempore testamenti recipitur^b. Quanvis in hoc potissimum differant, quod illi præteriti ab initio^c, hi non nisi secuta natuitate^d, rumpant testamentum. Quippe iniquum esset nondum natos ruptionem ab ipso principio inducere: Cum possit partus, vel mortuus nasci, vel prodigiosus, quibus casibus non rumpuntur patris testamenta^e. Ut enim non videntur unquam nati, qui mortui nascuntur^f: Ita ex filiis non possunt censer qui monstrosè, aut prodigiosè æditi sunt^g. Porro^h autem, licet iam natorum liberorum exemplo, posthumus nequeant silentio præteririⁱ: eos tamen exhæredari posse, leges consentiunt^j. Quod cum dure nimis constitutum esset, plerique omnes fatentur correctum noua lege Iustiniani^k, qua vetantur parentes, præterquam quatuordecim causis, filios exhæredes facere, in non natum autem ingratitudinis causa cadere nulla potest^l. Sed tamen considerandum est, quod nec iure veteri quidem, nisi certis de causis, filius paterna successione submoueri poterat^m. Quocirca puto nullo iure posthumum exhæredari potuisse. Quantum ad effectum arcendi eum successione patris, cur enim debita sibi portione, nihil tale merentem, priuaret lex, quæ sancta, iusta, & honesta esse debetⁿ? Quantum vero ad effectum, ut merito iure conseruetur testamentum, quod alioqui præteritione rueret, eiusmodi exhæredationem valere, non immerito responsum est^o. Ut enim iniustum est posthumum, cui nulla ingratitudinis nota impingi potest, paternis bonis prorsus acrei^p. Ita maximè iniquum, cogi partem velit, nolit, posthumum instituere, quem ex se forte genitum diffidebat, aut alio nomine molestè tulisset, successorem sibi facere^q. Verum quia sine causa odio fortasse matris, posthumus exhæres scriptus comperietur: nec est æquum alieno quempiam odio prægrauari^r, aut sine culpa, nullaque subsistente causa puniri^s poterit in officioso quærela, testamentum expugnare^t. Atque ita mihi videtur totam hanc controvèrsiam celeberrimorum DD. diremisse^u.

f QFREVENTISSIMAS LEGES POSVIMVS,
18 testatorum voluntates adiuuantes.] + Frequentes sane leges æditæ sunt, ad conseruanda testantium iudicia: nam è semper spectarunt iuris authores, de ultimis dispositionibus agentes, vt dominaretur in omnibus testatorum voluntas^v, vicere que legis modis omnibus seruaretur^w, veluti regina, & principem locum tenens^x, cuius ideo se vestigia iugiter sequi, lex profitetur^y. Reipublicæ quippe expedit, suprema hominum iudicia exitum habere^z. Quando nihil aliud magis hominibus deberi possit, quam ut moribundis libera sit de rebus suis disponendi facultas^{aa}. Ut non immerito M. Antonium incessat Cicero^{bb}, quod Cæsar's testamentum fecisset irritum, quo in priuatis actis, firmius, stabiliusque nihil esse debet. Rechè igitur Papinianus respondit^{cc}, compellendos hæredes, & Principis, & Pontificis autoritate, ad obsequium supremæ voluntatis. A quibus nec Pontificij abhorrent, censentes per

b

a l.inter catena ff.de lib. & posth.
b §.posthum. de exhæred.libero.
c d.l.inter catena.
d lij. §.ex his ff.de iniust.testa.

e lij. & lij. hoc tit.
f l qui mortui ff.de verb.sig.
g l.non sunt liberi ff.de stat.hom.

h l.ij. ff.de iniust.testa. §. posthum.
de exhæred.libero.
i l.posthumo.C.de bonor.poss.contr.
tab.l.maximum.in fin. C. de liber.
præter.
k §.aliud. §.causas. ut cum de app.
coll. viij.
l l.si quis in suo §.legis.C.de inoffi.
testam.
m l.cum ratio ff.de portio. quæ lib.
damna.conced.
n d.l.si quis in suo §.legis.
o c.erit autem lex. iiiij. dist.

p l.posthumo.C.de bo.poss.contr.tab.
l.maximum.in fi. C. de lib.præter.
q d. §.legis.

r l.non vsque ff.si quis à parent.

s l.paterfamilias ff.de hæred.instit.
t c.sine culpa.de reg.iur.in vj.
v d.l.si quis in suo §.legis.
x Fulg.Cæfrenſ d.l.si quis in suo §.
legis. Deci.d.l.posthumo.nu.vj.in fi.

a l.cum questio ad si.C.de legat.
b §.diffonat.de nupt.coll.iiij. c. vi.
timæ voluntas.xij.q.ij.
c l.in conditionibus ff.de condit. &
demonstr.
d l.si.C.de necess.ser.
e l.vel neg.ire. ff. quemad. testam.
aper.
f l.j.C.de sac.sanct.eccles.
g Cicero vj.Phillipp.
h l.hæreditas etiam ff.de petit.hær.

Testatoris
inepta vo
luntas re
iicienda.

- i canos quidem in si. c. tua. c. Ioannes. de testam.
- k l. si quis inquilinos. §. f. ff. de leg. j.
- l. si quis eum. ff. de cond. & demonst.
- l. l. seruo alieno. §. f. ff. de leg. j.
- m l. conditiones. y. Vbi Accurs. ff. de cond. & instit.
- n l. quidam in suo. ff. illo tit.
- o l. filius. illo tit.
- p l. at si quis. §. denique. ff. de relig.
- q L. inter cetera. ff. de lib. & posth.
- l. hac consultissima. C. de testa.
- r l. nemo potest. ff. de leg. j.

Episcopos diligenter prouidendum, vt voluntates defunctorum impleantur¹. Quæ tamen omnia in ea testatoris + voluntate recipienda sunt, quæ neque contra leges, neque contra bonos mores, quicquā inducit k. Reicit quippe lex in expectas, turpescet defunctorum voluntates¹. Quid enim si contra edictum Iesu Christi, nonnihil fieri testator iussisset²? aut reliquias suas in mare abiicere³? aliud've quicquam contra pietatem, aut honestatem⁴? Et nemo mentis compos dixerit, testatis tum voluntatem sequendam⁵; vt nec eam quæ suis partibus, hoc est, solennibus additis à lege ciuilī munita non est⁶. Nemo quippe valet disponendo efficere, ne leges in suo testamento locum habeant⁷.

G R V P T V M F I E R I T E S T A M E N T V M V I
deatur.] Cùm neutro casu præteritus sit posthumus, licet enim collata post mortem tantum institutio videatur, quod eius tantum temporis testator aperte meminerit: quia tamen verbis antecedens quoque tempus complectentibus, testator vsus est: nempe intra decem menses: filius in vita natus præteritus dici non potest.

Quānam autem ratione lex induxerit, vt filij sui præteritio ne, + nullum ipso iure sit testamentum, nondum planè constat. Putauerunt tamen legum coryphæi⁸, quod cum filij sui bonorum patris viuentis, quodammodo dominii cœlestantur⁹: & ideo Menedemus ille Terentianus, Cliniām filium suum, participem, hoc est condominium dixerit.

Nec fas esse vlla me voluptate hic frui, nisi vbi ille huc saluus redierit, meus particeps.

Non possit pater alium à filio hæredem, hoc est, dominum¹⁰ facere. Nec prius filium suum antiquo illo suo, & naturali dominio priuet¹¹, neque enim possunt pro solido, duo vel dominii, vel hæredes, eiusdem patrimonij existere f. Quæ ratio cum in emancipatis celset, qui sui non sunt¹²? Item in liberis quibuscumque respectu matris, quæ suos hæredes non habet¹³: nec pater emancipatos¹⁴, nec mater filios¹⁵, aut hæredes instituere, aut exhæredare necessum habet.

Sed si vera esset hæc ratio, filio præterito viuo patre dece dente, contra Pauli responsum¹⁶, conualeceret testamentum, cessante nimirum dominij post mortem patris continuazione, duorum' ve hæredum, & dominorum concursu¹⁷. Rur sus si filius in potestate, à primo gradu sit exhæredatus, & à secundo præteritus, posterior gradus, quasi ab initio nullus est¹⁸. Cum tamen à primo sublata fuerit, per exhæredationē continuatio dominij¹⁹. Est enim exhæredare, succedendi iure, & hæreditatis dominio aliquem priuare²⁰. Præterea satis habet pater, si filium in legitima instituat²¹: Quinimo iure no uo, etiam si multo minus legitima relinquat, veluti quinque solidos²², atque adeo numrum vnum, vel obolum²³, abunde pa ter, quantum ad effectum testamenti sibi consulit, cùm salua sit via filio agendi ad supplementum²⁴. In eo autem quod hæreditatis residuum est, pater potest extraneum instituere, ne que filium exhæredare obstringitur²⁵: cùm tamen respectu eorum, etiam bonorum, dicatur in filium, dominium conti nuar

Præteri-
tione cur
annulle-
tur testa-
mentum:

Ratio com-
munis re-
iecta.

Exhære-
dere quid-

- a Bar. Bald. & Imoll. in suis ff. de lib. & posth. Bart. l. pater filium in rep. & in lect. ff. de inoff. testa.
- b l. in suis. ff. de lib. & posth. §. sui autem. de hæred. qual.
- c In Heautontimoru.
- d §. pro hærede. de hæred. qual. & differ.
- e Bart. d. l. in suis.
- f l. si vt certo. §. si duobus ff. commo. l. quod contra. §. f. ff. de reg. iur.
- g §. emancipatis. de hæred. quæ ab intell.
- h l. illud. §. ad testamenta. ff. de bon. poss. cont. tab.
- i §. emancipatos. de exhæred. libero.
- k §. f. illo tit. in instit.
- l l. si filius qui. ff. de lib. & posth.
- m l. milites agrum. ff. de re milit. l. adigere. §. quoniam. ff. de iur. patron.
- n l. si à primo. & l. si posthuncus. in prin. ff. de lib. & posth.
- o l. si certarum. §. si eodem. ff. de test. milit.
- p §. pro hærede. de hæred. qualit. & diff. Bar. l. quidam cum filium. ff. de verbor. oblig.
- q l. Papinius. §. quoniam. ff. de inoff. testa. l. cum queritur. C. illo tit.
- r Accurs. l. ij. §. sed vtrum. Vbi Bart. ff. de minor.
- s Accurs. §. ceterum. vt cum de appell. cog. coll. vij.
- t l. omnimodo. C. de inoff. testa.
- v l. suis quoque. §. fin. ff. de hæred. instit.

DE POSTH. HAERED. INSTIT.

Duo domini quādō que pro se lido.

Ratio com
munis.

21 huari^z. Neque † verò iuuerit, hanc rationem, quod illi pro ponebant, duos non posse simul, & pro solido, eiusdem rei dominos, aut hæredes esse^y. Nam hoc in dominio vero, & proprio obtinet^x. Alioqui nihil repugnat, quominus duo domini sint insolidum eiusdem rei. Vnus communi, naturali^z iure & proprio, alter vero singulari quadam legis interpretatione^a, vt in coniugib[us] videre licet, è quibus mulier, naturalis, verac[us] domina, rei dotalis cōstante etiam matrimonio, permanet^b. Maritus vero legis tantum interpretatione, dominus existimat^c; vt & nobis semper visum est, licet econtrario DD. ratiocinentur, quorum ego sententiam alibi satis, abunde^z confutauī, vt eadem hic repetere, & inculcare, hominis esse existimem otio suo, & lectoris patientia abutentis. Sed redeat illuc sermo noster, vnde defluxit.

Alij rationem petendam putant^d ex naturali, communique parentum voto in liberos^e, quod cum veluti lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem adiiciat, quasi ad debitam successionem eos vocando^f (*Quæcunque enim parentes acquirunt, liberis ex voto parant*^g) vix sibi persuadet, lex patrem velle debita successione filium priuare, nisi id nominatim, certoque & determinato iudicio faciat^h. Verūm neque hæc ratio mihi probari potest: siquidem non patris modo, sed & matris, naturæ simul & commune parentum votum, liberis hæreditatem deferatⁱ, & tamen matris præteritione non annullari mero iure testamentū constat^k. In emancipatis præterea, qui sola ciuili lege incogniti sunt^l: naturæ parentum affectus neutiquam cessat: cum ratio naturæ, nulla ciuili constitutione possit adumbrari^m, & tamen à parte silentio præteriri possuntⁿ.

Nona 14-22 Ego † verò rationem, cur præteritione lex testamentum annullet, palam esse video, quia lex induxit pro forma, vt liberi instituantur, vel ex hæredentur^o. Forma autem non servata, actum ipso iure corruere notissimi iuris est^p. At cur lex ciuilis eam dederit formam? In causa esse puto suitatem, quæ tota ex patria potestate proficiscitur, continuationemque dominij, & successionis necessitatem ipso iure inducit^q. Sibi ipsis enim hi hæredes videntur quodammodo succedere, qui viuente patre domini credebantur^r. Vnde & sūi appellati: quasi sui ipsius hæredes^s. Hanc autem successionem, quam non lex modo ciuilis, sed & natura ipsa filii familiâs adiiciebat^t: ad propria penè bona eos vocado^u: noluit ius nostrum temerè per partem auferri posse. Sed eo tantum casu quo filius ipse naturam quoque violasset, patrem grauiter offendens, ex causis nimirum in Nouella lege expressis^v. Cæterū vix credibile lex ciuilis putauit, tā impium filium reperiri^w. Quocirca ea de re patrem, cum primis certo iudicio queri voluit^x, vt si se tam iniquè tractatum à filio sentiret, eum nominatim ex hæredaret^y. Alioqui si vel nullam exprimeret causam, vel falsam subiiceret, quasi non sanæ mentis, maligne contra sanguinem suum inferre iudicium existimaretur^b. Nempe tentans hoc nomine filium debita sibi successione priuare, & ad extremam paupertatem traducere^c. In cuius

11

x l.in suis ff.de lib. & posth.

*y l.s. vi certo. §. si duobus ff. commo.
l. quod contra. §. fi. ff. de reg. iur.*

*z l.hæreditate. §. pater. ff. de castrē.
pecul. d. §. si duobus.*

*a l.in bello. §. si quis scrum. ff. de
capt.*

b l.in rebus. C. de iur. dot.

*c l. doce ancillam. C. de rei vend. §. j.
quib. alien. lic.*

*d Cuma. & Cast. l. si filius qui. ff. de
lib. & posthum. Fulg. & Roman. l.
posthumo. C. de contra tab.*

e l.scripto. in fi. ff. vndlib.

*f l. & quia. ff. pro soc. l. cum ratio.
ff. de portio. qua lib. da. conced.*

g l.nihil. in prim. ff. de bon. libert.

*h l.j. & ij. ff. de libe. & posth. l. sub
conditione. ff. de bon. poss. contr. tab.*

i d.l. scripto. in fi.

k §. fi. de ex hæred. lib.

*l s. emancipati. de hered. que ab
intest.*

*m l.j. §. fi. ff. de vñsfr. ea. rer. que
vñs conf.*

n §. emancipatos de ex hæred. lib.

*o l.inter cetera. ff. de lib. & posth. §.
sed & hac quidem. de ex hæred. lib.*

*p l.cum ij. §. fi. prator. ff. de transatl.
l. si vñua. C. de testam. c. maiores. de
baptis.*

*q l.in suis. ff. de lib. & posthu. §. sui
autem de hered. qual.*

r d.l. in suis.

*s l. cum ratio. ff. de portio. qua lib.
damna. conced.*

*t l.scripto. in fi. ff. vndlib. c. ius na-
turale. j. dist.*

u l. & quia. ff. pro soc. d.l. cū ratio.

*x §. aliud quoque vt cum de appell.
cog. coll. viij.*

*y l.eum qui probabilem. C. de episc.
& cler. c. afferte. de præsump.*

*z l. sub conditione. ff. de bon. poss. ff.
contr. tab.*

*a l.j. l.j. & l.inter cetera. ff. de lib.
& posth.*

*b l.j. & l.ij. ff. dc in offic. testa. §. j.
illotit.*

*c d.l. cum ratio ad prin. ff. de portio.
qualib.*

d l.moris ff.de pœn.
 e l.inter cetera. ff. de lib. & posth.
 & hac l.in fine cum similib.
 f §.emancipatos. & §.si.de exhar.
 lib.
 g l.illud. §.ad testamento. ff. de cont.
 tab.
 h §.emancipati.de hæredib. quæ ab h
 intef.
 i d.l.inter cetera.
 a L.inter cetera. ff. de lib. & posthu.
 b l.turpia.in princip. Vbi DD. ff. de
 leg.j.
 c l.senatus. ff. de contr.emp.c. si rea
 ligiosus.de electio. vj.
 d l.eius qui. Verific.planè. ff. de iur.
 fisc. c. si quis presbyterorum. de reb.
 eccl.
 e l.quod fauore.C. de legib.
 f d.l.eius qui.
 g d.c.si quis.
 h hac l.

i l.plebs. §.si. ff. de verb. fig.
 k l.alius est frans. ff. illo tit.
 l l.si quis fortè. §.si. ff. de pœn. Ac-
 curs. in rub. illo tit.
 m l.sancimus. C. de pœn.
 n l.testamento Centurio. §.fin. ff. de
 milit. test. Accurs. & Bal. l.fin. C. de
 bon. liberto.
 o e.j. Verific. adiiciebatur. de concess.
 præb. in vj. c. dudum. c. pen. de præb.
 eo. lib.
 p l.j. ff. de decret. ab ord. fac. ca. ij. de
 constit.
 q d.l.senatus. d.l.fi. d.c. si religiosus.
 r l.Innoc. c. si vero. de sent. excom. Io.
 And. c. fi. de elect. in vj.
 s iij. parte traet. sacerd. tit. de mād. i
 t c. si sine culpa. de reg. iur. in vj.
 v c. si. de constitution.

rei pœnā, vt in eo maximè puniatur pater, in quo deliquit ^d:
 si silentio prætercatur, filius ipso iure testamētum annullat ^e.
 Vnde nec obstat quod de matre, & emancipatis supra indu-
 ctum est f, mater enim suos hæredes non habet ^g. Et emanci-
 pati incogniti sunt lege ciuilī ^h, quæ hanc formam instituen-
 di, vel exhaeredandi liberos introduxit ⁱ.

G N E Q V E P O E N A M P A T I A T V R P R A E T E
 ritonis.] Quæ est, vt nullius momenti sit testamentum ^a.
 Hinc autem obserua, annulationem actus, pœnam dicit.
Q u o d ^f tamen DD. Interpretantur, vbi vel odio personæ ^b,
 vel ratione prohibitionis ^c, actus fieret inutilis, non etiam si
 propter defectum formæ, aut etiam fauorem alterius, puta
 minoris, mulieris ve, irritaretur actus ^d, ne quod in eius gra-
 tiā introductum est, in eius odium detorqueatur ^e. Quæ
 declaratio cum primis confutatur aperte, ex Vlpiani ^f, Sim-
 machiq Papæ ^g constitutionibus, in quibus odio personæ,
 nimixum corruptentis delatorem, & sine causa res Ecclesiæ
 distrahit, actus inutiles sunt; nec tamen irritatio eiusmo-
 di pœna dicitur. Contrà verò Iustinianus ^h annulationem
 testamenti, ob neglectam institutionis filiorum formam, pœ-
 nam præteritionis appellat. Putauerim igitur, quod non vno
 in loco docui, annulationem actus, nullo respectu, pœnam
 propriè dici posse, nisi quatenus ad coercionem maleficij fie-
 ret, cum enim ⁱ pœna noxæ, hoc est, delicti ^j, vindictam de-
 signet ^k: & à puniendo, siue vt alij malunt, à pendendo dicitur
 fit; ea tantum appellari propriè pœna potest, quæ crimen vl-
 ciscendo, vel corporis cruciatum, vel iuris patrimonij nostri
 diminutionem irrogat ^l; nam & dici solet, nullam esse pœ-
 nam, vbi delictum non est ^m, nec omnis priuatio iuris cense-
 ri debet pœna, nisi propter crimen infligatur ⁿ. Huc accedit,
 quod decretum ^o irritans, quantum ad actus nullitatem, af-
 ficit ignorantes ^p, non etiam quantum ad pœnam, sc̄ientibus
 duntaxat à lege præparatam ^q. Quod autem nullitatē actus,
 in iure nostro pœnam dicit, quandoque legitimus ^r: lata qua-
 dam, & impropria significatione, ex supradictis constat acci-
 piendum esse ^s. Quod & alibi tradidimus ^t.

G Q V I S V O S F I L I O S N O N P R A E T E R I I T.]
 Rem enim quæ culpa caret (Si nulla præsertim subsit cau-
 sa) in dampnum vocari non conuenit ^u.

Haec habui candide Lector, quæ mihi notatu digna in hanc Iu-
 stinianni constitutionem visa fuere: nunc verò Colopho-
 nem huius operis adiucere volui, tractatum ve-
 teris illius questionis, Quando conce-
 pta in vnum casum dispositio
 ad omissum protra-
 hatur.

**

SVM

Annula-
tio actus
an sit pœ-
na.

Nova de-
claratio.

Pœna que
& cur sic
dicta.

Decreti ir-
ritantis ef-
fectus.

DE POSTH. HAERED. INSTIT.
S V M M A E R E R V M I N H O C
C O M P E N D I O T R A C T A o
T A R V M.

13



- 1 Prouisio facta in vnum casum, quando ad alium protrahatur.
- 2 Casus similis, & dissimilis.
- 3 Extensio quando ad casum omissum fiat.
- 4 Legitimi quando ex substitutione vocentur.
- 5 Condicio voluntaria, & necessaria.
- 6 Nova huius articuli declaratio.
- 7 Expositus §. sicut. l. si fideicomissa.
- 8 Declarata l. fin. C. de posthu.
- 9 Dictionis intra, natura.
- 10 Alciati laus, & authoritas.

Prouisio
quando ad
casum o-
misum ex-
tendatur.
Prouisio
pura.



V E M A D M O D V M in actionibus homi-
num, nempe in contractibus, & vltimis volun-
tatibus, fieri possit extensio ad casum & omis-
sum, vetus est quæstio, in qua creberrimè dici-
solet^a, prouisionem purè conceptam, ad omis-
sum casum non protendi, sed eum casum re-
linqui dispositioni iuris communis^b. Cum in dubio ver-
bis standum sit^c, nec aliud quis sensisse existimetur, quām
quod verbis expressit^d. Eoque factum volunt, vt qui filii
tutores dedit, ei dedisse non censeatur, quem se habere igno-
rabat^e. Excipitur ille casus, vbi verisimiliter appareret, di-
sponentem voluisse, præteritum casum comprehendere. De
quo satis constare dicitur, si id quod omissum est, vel ex na-
tura actus^f, vel ex antecedente necessario^g, aut alia ratione,
virtute expressi intelligi potest^h. Veluti quia verbis impro-
priè saltem acceptis, compræhendereturⁱ. Idemq; si casus
expresso similis esset, eiusdemq; effectus^j. Similis autem ille
casus existimat, qui eadem, vel maiori ratione nititur^k.

Prouisio
conditio-
nalis.

Condicio
qua non
potest im-
pleri ut est
expressa.

Porrò autem, vbi prouisio conditionalis esset, ad casum
& expresso dissimilem, nunquam extenditur^l. Cum de eo
casu non sit verisimile, disponentem cogitat^m, sed nec ad ca-
sum similem, si conditio spontanea sit, ieu voluntaria. Cum
præcisè & ad vnguem debeat seruari, ac proinde non sufficiat
eā impleri per æquipollensⁿ, nili forte non posset im-
pleri, eo modo quo testator disposuit^o. Quo casu de facto,
adimpleri conditionem satis est^p: Veluti si testator sacerdo-
tem grauet restituere, si sine filiis deceperit. Cum enim aduer-
sus Pannucij suasionem^q, Sacerdos pontificia lege, vxorem
ducere prohibetur: de filiis naturalibus, & legitimis, fidei-
commisum intelligi nō poterit. Et ideo de adoptiuis^r, vel (si
monachus sit) de cœnobio intelligetur^s.

Alio item casu fatentur^t, vtroneam conditionem, ad si-
milem & casum protendi, quando scilicet actus exæquaretur
à lege subrogaretur^u per omnia illi quem testator expressit,

b 3

- ^a Bartol. & ceteri. l. Gallus. §. &
quid si tantum ff. de lib. & posth.
^b l. i. extranens. ff. de conu. can. dat.
l. si cum dotem. ff. j. i. ut. mat. c. fuscum.
de rescript. in vj.
^c l. i. S. p. r. qui nanem. ff. de exercit.
^d l. non alter. ff. de u. g. ny.
^e l. si u. S. p. c. ff. de testa. tutel.
^f l. Titus. y. L. n. n. cum vulg. ff. de
lib. & posth.
^g S. illud. de societa.
^h l. illud. ff. de acquir. hered.
ⁱ l. cuiusque. §. p. ff. de institutor.
^k l. Diuus. ff. de vj. & habita.
^l l. fi. S. p. ff. mandat.
^m l. non solum. S. qui primipilum. ff.
de excus. tutor. B. i. d. l. illua. cou. y. C.
de sacro. anet. eccl. s.
ⁿ l. i. comodissime. ff. de lib. & posth.
d. l. si cum dotem. ff. sol. matr.
^o l. si ista que. §. p. ff. de leg. q. l. fi.
de us qui ven. etas.
^p l. Meius. l. qui heredi. §. j. ff. de
cond. & demonst. l. seruji heredi.
in prin. ff. de stat. liber.
^q l. l. g. sum. ff. de j. i. fr. leg. l. leg.
gatum. ff. de cœmin. rer.
^r l. mulier. §. j. ff. d. cond. mft.
^s a. Nic. na. xxxj. dft.
^t l. si quis posthumos. ff. del. ber. &
posth. l. hereditib. s. j. ff. ad trebell.
^u §. sed & hoc presenti. de sanctiss.
episcop. coll. ix.
^x DD. l. Gallus. S. & quid si tan-
tum. ff. de lib. & posth.

Hæres &
bonorum
possessor.

y l.i.jff.de bono.posses. §. quos autem.
illorū sit in infit.

z l.i.jff.bonum. ff.ad Trebell.l.jff.
de bon.poss.hæred.pet.

a l.i.paterfamilias. ff.de vulg.

b DD.in d. §. & quid si tantum.

c l.i.fundus. ff.de cond. & demost.

d B.i.l.confil.cclxvij.vol.v.Alex.
confi. v.vol.vj.

e c.tanta.qui fili.sint legit.

f l.i.sita quis. §. ff. de leg. ij.

g l.i.m delictis. §. si extraneus. cum
vulg. ff.de noxalib.

h Bal. & Alex. vbi supra.

i l.i.f.C.de iis qui ven. atat. impet.

k l.i.fin.C.de posth. quam mox expo-
suimus.

l l.i.Clemens ff.de hered.infit.l.Ti-
tius. §. ff.de libe. & posth.

m DD.l.Gallus. §. & quid si tan-
tum. ff.de lib. & posth.

n l.i.mulier. §. jff.ad Trebell.

o l.i.s.mater.C.de institutio.

p l.i.f.C.de donat. quæ sub mod.

q l.i.cum seruus. ff.de verbo.obligas.

r d.l.mulier. §. j.d.l.s.mater.

s l.i.fideicomissa. §. s.cui. vbi Cuma.
ff.de leg. ij.

t d. §. s.cui.

v d.l.mulier. §. j.d.l.s.mater.

x in d. §. & quid si tantum.

y in l.post aditam.nu.xij.C.de imp.

z l.i.sita. §. pen. ff.de test.tut.

a l.i.comodissime. ff.de lib. & posth.

b l.i.qui hæredi. §. j. ff.de condit. &
demonst.

c l.i.pater filium. ff.de vulg.

vnde conditio de hærede in bonorum possesso (qui hære-
dis loco est), imò vero hæres legis interpretatione intelligi-
tur z) Et hærede hæredis, qui & ipse hæres censetur, locum
habebit b. Sic conditionem, si pupillo, vel furioso pecuniam dede-
rim, explesse videor, tutori vel curatori dando c. Hisq; simi-
lia, quæ apud alios legenda relinquimus. Et quæ hanc inter-
pretationem recipiunt, nisi in diuersum nos vrgcat coniectur-
ra. Quia inter casum subrogatum, & cum qui expressus est,
aliqua sit differentia, quæ disponentem verisimiliter retrahat.

4 Vt in illa questione, si hæres meus deceperit sine filijs ex se * legitim-
mē natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, Titum substituo. Tūc
enim constat, non tantum rescripto principis legitimatos, sed
etiam per subsequentes nuptias excludi d. Quanvis enim in/
terpretatione legis, filij ciusmodi legitimi sint e: Quia tamen
testator naturam, non accidens spectauit f. Et ex qualitate
adiecta verbo (quæ secundum verbi tempus regi debet g) par-
lam fiat, originis tempore voluisse testantem legitimos nasci.
Verius videtur, legitimatos etiam per sequens matrimonium,
conditionis defectum non inducere h. Nam & idem à Iusti-
niano responsum est i, de ea conditione, si legitime etatis erit,
vt qui veniam impetraverit etatis, non censeatur ei paruisse.

Denique, vbi coniectura deprehendit potest, ad omissum
casum voluisse disponentem progredi, neque tam modum,
quam finem ipsum considerasse, voluntariam conditionem
extendemus. Vt in eo qui posthumum instituit, si se mortuo
nasceretur, quod crederet se illa ægritudine moriturum: nam
eo quoque casu censebitur instituisse, quo se viuo nascetur k.
Verisimilis quippe mens testatoris est, vt idem sit in casu
omisso l.

Cæterum in conditione f necessaria, siue actum ipsum, si-
ue effectum respiciat, generaliter traditum est, nō referre quid
ex æquipollentibus fiat, ac ideo eiusmodi conditionem, ad si-
milem casum porrigi m. Vnde relictum filiis à matre fidei
comissum, si morte patris, sui iuris effecti fuissent: sequuta eman-
cipatione, ex verisimili testatrixis mente debetur n. Erat quip-
pe effectui actus ea conditio necessaria, nempe vt filiis totum
quæreretur, nihilq; ad patrem spectaret o. Effectum autem
quem matrem duntaxat respexisse verisimile est p: contigis-
se sufficit q. Idq; sicut nonnulli putauerunt, vbi conditio illa
si morte patris &c. à matre, aut alio ascendentे, adiecta esset r:
Secus si ab extraneo s. Hic enim odio patris, ne quicquam o/
innino ad eum perueniret, conditionem intelligitur adiec-
se, ideoque mors patris expectanda t. Mater vero, aut aliis
ascendens, magis creditur sub ea conditione legasse, vt liberis
consuleret, quam quod patrem odio habuerit u. Et hæc est
summa eorum, quæ in hac questione commentatores nostri
diffusiore apparatu docent v. Quæ profectò diligentius per-
specta, parum cohærere videntur.

6 Ego igitur salebrosum hunc & articulum, aliter quandoq; fi-
niui y, vt pro regula tradamus, prouisionem in uno casu quo
quomodo conceptam, siue pure, siue conditionaliter, & siue
voluntaria b sit, siue necessaria c conditio, ad aliam non pro-
duci:

Legitima-
ti quando
ex substi-
tutione vo-
centur.

Conditio
necessaria.

Nova de-
claratio.

DE POSTH. HAERED. INSTIT.

15

ducī; sed omissum casum, ad iuris dispositionem referri ^d. Si quidem semper verum sit, alterius inclusione, alterum exclusum videri ^e. Nec alia mens disponentis fuisse præsumatur, quām quæ verbis significata est ^f. A' quibus ideo temerè non est recedendum ^g. Sed potius eorum significationi, in dubiis quām maximè seruendū ^h.

Hinc patet ad casum omissum fieri extensionem, quoties in eam sententiam nos vrget probabilis conjectura, à qua totus hic tractatus vim & robur accipit ⁱ. Et quo uno modo, pugnantia quēque populi Romani iura, submouenda sunt ^k, veluti si casum certum testator expressisset, quod eum tantum euenturum putaret; idem in omisso verisimiliter dispositurus, si de eo cogitasset. Quia ratione concepta in casum, *Si posthumus non nascatur*, Substitutio eum quoque casum complectitur (si non sit impedimento mater) quo natus sit posthumus, & in pupillari ætate decedat ^l. Et posthumus à matre, quæ in puerperio decessit, censetur institutus, de quo tamen nulla prorsus mentio facta est ^m. Sic & relictum à matre fideicommissum filiis, *Si morte patris sui iuris efficerentur*: ad casum quo emancipatione sui iuris effecti sint, protenditur ⁿ. Et per contrarium, filij ex conditione emancipationis, hæreditatem aut rem donatam capiunt, † morte patris sui iuris effecti ^o. Nec Vlpiani verba repugnant ^p. Quæ D.D. interpretantur ^q, in extraneo loqui: qui (sicuti supra diximus) sic in odium patris disposuisse censetur. Aliud existimantes in matre, quæ non intelligitur odio mariti, eam conditionem adiecisse ^r. Sed cum hæc sententia nullam habeat probabilem differentiæ rationem: Et idem Vlpianus alibi ^s generaliter tradiderit, cedere diem emancipatione, qui morte patris cederet: vix est, vt eam probare possim. Nam & quod interpres ^t de odio comminiscuntur, nominatim illi constitutio ^u contradicit, quæ refert mulierem facto diuortio, ita testam fuisse, quo sit euident, eam sic disposuisse, odio mariti.

Itaque mihi semper visum est, illis verbis, ^x non videbitur deficisse conditio, sed ^y cum mors patri contingat, quasi extante conditione ad fideicommissum admittetur. Vlpianum idem quod alibi ^z constituisse; nimirum emancipatione extitisse conditionem, cum hæc verba non deficere, idem quod existere non significant ^z. Cæterum impropiè, cum verè mors patri non contigerit. Vnde dixit ^a, non videbitur, vt fictionem, impropteritatem, & legis interpretationem notet, non etiam veritatem ^b. Et adiicit, Sed ^c cum mors patri contingat, quasi extante, ^c c. vt obiectionē tollat, dixisse nanque quispiam potuit, quo pacto extitisse conditionem dicemus, cum pater mortuus non sit? Et conditionum verba, præcisè, & ad vnguem impleri debant ^e? Respondet Vlpianus, hoc quoque casu cum emancipatio sequuta est, mortem patri contigisse censer ^d, propter eundem effectum, qui ex utroque actu sequitur ^e. Et ita benigna legis interpretatione, non propriè, ac proinde subiicit Vlpianus ^f, *Quasi extante conditione filium ad fideicommissum admetti*. Et hic est verus eius constitutionis ^g sensus, in quo fortasse longior fui, quām instituti mei ratio pateretur. Quod sciam

^d l. si cum dotem. ff. sol. matr. l. si extreus. ff. de cond. caus. dat. c. suscep. prum. de rescript. in vi.

^e l. cum Prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procur.

^f l. c. abeo. ff. de supp. leg. l. profexit ff. qui & à quib.

^g l. non aliter. ff. de leg. ij.

^h l. j. §. si is qui. ff. de exercito.

ⁱ l. fi. C. de necess. ser.

^k l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poth. l. Clemens. C. de hæred. instit.

^l l. fi. C. de institutio.

^m l. ij. C. de inoff. test.

ⁿ l. mulier. §. j. ff. ad Trebell.

^o l. si mater. C. de institu. l. final. C. de donatio. quæ sub mod.

^p l. fideicom. §. si cui. ff. de leg. ij.

^q Cuma. d. §. si cui Dec. d. l. si mater.

^r d. l. mulier. §. j.

^s l. si ita. ff. quando dies leg. ced.

^t Ind. §. & quid si tantum.

^v d. l. mulier. §. j.

^x d. l. fideicomissa. §. si cui.

^y d. l. mulier. §. j. d. l. si ita.

^z l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell.

^a d. §. si cui.

^b l. j. §. deceſſe. ff. de vi & vi ar.

^c l. Meius l. qui hæredi. ff. de cond. & demonst.

^d l. si ita. ff. quando dies leg. ced.

^e l. huiusmodi. §. cum ita. ff. de leg. j.

^f d. §. si cui.

^g d. §. si cui.

Locus con-
iecturalis.

Interpre-
ratio. §. si
cui.

Nova in-
terpre-
tatio. §. si cui.

sciam celeberrimos etiam viros in eius interpretatione paſſim dubios,ancipitēſq; redi.Sed illuc vnde abij recurro.

Prouisionem in vnum casum conceptam,ad omisſum extendi diximus, si diſponentis mens veriſimiliter ſubeft. Ut in eo reſponſum eſt, qui id quod in vtero neptis habebat, haſredem fecit.Cum interim illa eodem die albescente Cœlo, ruſienixa eſſet^b. Et in vulgari ſubſtitutione prodiſum, factam in vnum caſum, ad omisſum produci^c. Caſumq; (vt ita dicam) nolentiæ, in caſum impotentiaſ diffundi k. Sic & in inſiſmo, qui ægritudine illa ſe moriturum exiſtimans, Poſthumum quem non ſperabat in lucem, niſi ſe mortuo venturū, Si ſe mortuo naſceretur, inſtituit; hoc enim nihil obferit, quomodo ſe quoque viuo naſtus, haſeres ſit^l.

vulgaris
ſubſtitu-
tio.

Quæ interpretatione plerisque omnibus placet^m, nec ego in ſe veram diſſiteorⁿ, cæterum ad Iuſtinianæ & conſtitutionis verba^o iſolenter nimis mihi diuinare videtur. Quocirca magis, atque magis, arridet vetus noſtra ſententia: vt proditæ iam regulæ locus non ſit, cum caſus omnino omisſus non eſt: yt potè qui ſub verbis expreſſis, aliquo pacto comprehendi potest^p, veluti in proposita ſpecie à Iuſtiniano^q, de eo qui ita teſtatus erat. Si filius intra decem mēſium ſpatium, poſt mortem meam fuerit aeditus, haſeres eſto. Cum enim diſtio & Intra, pro uſque accipiatur à tempore diſpositionis ſumens initium^r: par eſt atque ſi dixiſſet teſtator, Si uſque ad decem mēſes. Quo poſito, dubium non eſt, quin naſtus viuo teſtante, dicatur aeditus ante decem mēſes, poſt mortem teſtatoris. Et huic interpretationi mihi viſus eſt ad ſtipulari nouiſiſimè & Andreas Alciatus, celeberrimi nominis Iuriſconsultus^s, nec minus ob iuriſprudentiaſ ſtudium, quam ob abſolutam omnium diſcipularum peritiā ſuſpiciendus, cuius ſolius authoritas, ineptam quorundam vitilitigatorum calumniā ſatis, abundeque refellit: nam quorum de illorum ſcriptis diſfuiſius attinet diſputare, qui neque literas, neque natare non

Caſus non
omnino o-
misſus.

Intra di-
ſtio.

Alciati
laſs et au-
thoritas.

xunt:

* *

JOANNES CORASIVS TOLOSAS,
Iuriſconsultus Tolofæ, pridię Idus
Martias. 1549.



I O A N N I S C O R A S I I
 TOLOSATIS IVRISCONSULTI,
 IN LEGEM QVOTIES, CO-
 DICE DE REI VENDI-
 CATIONE.



S V M M A E . R E R V M .

- 1 *Dominium & obligatio, duo iuris capita.*
- 2 *Dominium quibus ex causis queratur.*
- 3 *Venditio quando dominium transferat.*
- 4 *Dominium cur solo contractu non transferatur.*
- 5 *Species legis.*
- 6 *Patronus si variet, inter presentatus preferetur.*
- 7 *Prior tempore quando sit potior iure.*
- 8 *Argumentum à ratione legis.*
- 9 *Doctorum subauditio reiecta.*
- 10 *Vendi duobus an eadem res possit.*
- 11 *Exposita nouè l. venditor.*
- 12 *Lex quoties, an habeat locum in locatione.*
- 13 *Lex est de indubitibili.*
- 14 *Traditio ficta.*
- 15 *Constituti singulares effectus.*
- 16 *Dominium an sola voluntate perdatur.*
- 17 *Interpretum declaratio refutata.*
- 18 *Iurisurandi virtus.*
- 19 *Obligatio, & hypotheca bonorum, quid operetur.*
- 20 *Posse siqnis verbum.*
- 21 *Premium in venditione solutum oportet, aut fidem habit am.*
- 22 *Publiciana, pretij solutionem non desiderat.*
- 23 *Venditor non tenetur tradere emptori instrumenta.*
- 24 *Euictio quando detur emptori.*
- 25 *Titulus lucrativus, & onerosus.*

DIOCLETIA. ET MAXIM. A A.

& C C. Proculino.



VOTIES^a duobus^b insolidum^c,
 prædium iure^d distrahitur^e, manife-
 sti iuris est^f, eum qui priori traditum
 est^g, in detinendo dominio^h esse po-
 tioremⁱ. Si igitur antecedenti tempo-
 re, te possessionem^k emiss^l, ac pre-
 tium exoluisse^m, apud præsidem prouinciae probauerisⁿ,

*Quod ex fundo
volens. Unde. L. 8.
ad sum. L.*

obtentu non datorum instrumentorum^c, expelli te à possessione non patietur. Erit sanè in arbitrio tuo^d, pretium quod dedisti, cum usuris^e recipere^f, ita tamen ut perceptorum fructuum, & sumptuum, ratio habeatur^g. Cum & si ex causa donationis^h, utriusque dominium rei vendicetis, eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorē conuenit.



B L I G A T I O ,ⁱ & dominium, duo sunt præcipua iuris civilis capita, ad quæ cætera propositum omnia quæ sunt in legibus, referuntur.

Obligatio ex contractu nascitur, vel ex maleficio,

vel proprio quodam iure (inquit Ulpianus^j) ex

varijs figuris causarum, hoc est, quasi ex contractu, aut quasi ex maleficio^k. Dominium vero neque ex contractu, neque ex maleficio, neque ex varijs illis causarum figuris descendit: sed certis alijs modis, a nostris Iuris authoribus alibi plenissime digestis^l.

Quorum præcipius, vetustissimus^m est, per naturalm ipsius rei apprehensionemⁿ, dicente antiqua illa lege, Quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit^o. Quæ per corporalem apprehensio rei translationem fit, rem videlicet corpoream (nam iuris incorporei,

nulla est^p traditio^q) de manu domini, aut eius qui loco domini est, in manu alterius transferendo^r. Per quam traditionem dominium accipienti procul dubio queritur^s, si tamen venditio, aut alia iusta causa ad dominij translationem idonea praecedat^t. Quanuis non oporteat eam veram esse, sed sufficiat contrahentium opinione veram existimari^u.

Cum autem plus iuris non possumus in alios transferre, quam habeamus ipsi^v: vt dominij translationem operetur traditio, illud quoque lex desiderat, a domino profectam esse traditionem^w: aut ab alio nomine domini^x. Et eo quidem, cui bonorum suorum alienatio iure non sit interdicta^y. Nam impubes, furiosus, & alij id genus, domini quidem sunt^z: cæterum quoniam certis ex causis alienare prohibentur: Dominium quoquomodo disponant, nullatenus transferunt^a. Neque nouum est, eum qui dominus est, alienare minime posse^b. Facta tamen a non domino traditio, ex causa quæ translationi dominij suapte natura sufficit, causam præbet usurpiandi^c. Quia de rescriptores alibi diffusè^d.

ⁱ Denique receptum est in venditione, non aliter rei venditæ, atq; ad eò traditæ, dominium transferri, quam si pretium ex solutum sit, aut pretij nomine habita fides^e. Quod & ad cæteros omnes contractus, etiam innominatos D D. protrahunt^f. Vnde si pignus reddiderit creditor, quasi minus pecuniam recepturus: & ita pecunia fide non adhibita, durat adhuc causæ pignoris^g. Et in contrac-

obligatio
& domi-
num duo
iuris capi-
ta.

Traditio
rei natu-
ralis.

Domiñū
quādo tra-
ditione
transfe-
ratur.

Ex vendi-
tione quo-
modo do-
minium
transfe-
ratur.

a l.j. in prin. ff. de actio. & oblig.

b Bar. d.l.j.

c l.j. & tot. tit. ff. de acq. rer. domin.

& tot. tit. de rer. diuis. in inst.

d l.j. in prin. ff. de acq. poss.

e Iosue. j. & xiiij. Deuteron. xj.
Accurs. in d.l.j. ff. de acq. poss.

f l.seruus. §. j. ff. de acq. re. do. l. quo-
ties. ff. de seruitutib.

g ltraditio. & l.e.s quæ. ff. de acqui-
rer. dom.

h ltraditionibus. C. de pacl. §. per
traditionem. de rer. diuis.

i l.nunquam nuda. ff. de acqui. rer.
dom.

k l.j. §. circa. ff. de dol. excep. tot. tit.
ff. de cōd. ind. Accurs. d.l. nunquam.

l l.silius. C. de donat. l. nemo plus.
ff. de reg. iur.

m ltraditio. ff. de acq. rer. dom.

n §. vendita. infi. de rer. diuis.

o l.i. cui. ff. de verb. obliga. l. pupil-
lus. ff. de auih. tuto.

p l.j. s. fi. ff. de reb. co.

q l.j. ff. de cur. furios. §. j. de aut. tuto.
r §. j. quib. alic. lic.

s l.claibus. ff. de contr. emp.

t Alex. l. Pomponius. §. si iussu. ff.
de acq. poss. infi.

u l.quod vendidi. ff. de cont. emp. §.
venditæ. de rer. diuis.

w Accurs. & Bart. l. si seruus. §. fi.
ff. de fur. Accurs. l. cum proponas. C.
de dol.

x l.iij. ff. de pigno. actio.

tractu locationis, alijsque id genus, non ante fuit fructus coloni, quām præstata sit merces domino rei locatæ, aut habita fides eius nomine ^a. In dubio autem qui rem simpliciter tradit, credere, de pretioq; fidem habere intelligitur ^b. Et ita dominium transferre ^b. Ac proinde non rei vindicatione, sed condicione ob causam, res data revocatur ^c.

Dominium
cure ex solo
contractu
non trans-
feratur.

- 4 Prædicta t̄ verò satis demonstrant, ex solo contractu, nudaq; conuentione, dominium haudquam transferri ^d. Sed traditione opus esse ^e. Etiam si nominatim agerent contrahentes, ut statim perfecto contractu, transiret in alterutrum dominium ^f. Cum enim iure gentium dominia sint introducta ^g. Et ab apprehensione naturali rei, duxerint initium ^h: non nisi per actum naturalem debuerunt posse transferri ⁱ. Quandoquidem principia naturæ ab actibus hominum prorsus subduci nequeunt ^k. Et quia totus obligationis consistentis in dando tractatus evanesceret: ut pote facta per contractum ipso iure dominij translatione ^l.

Qui remigitur donat, aut vendit, priusquam rem ipsam tradat, nullum ius dominij transfert ^m. Nec alienasse intelligitur ⁿ. Sed actione in personam duntaxat conueniri potest ^o. Etiam si fuerit de iure vniuerso contractum ^p. Ut non immerito paſſim nostri iuris authores docuerint, ex duobus emporibus, cum cui prius res tradita est, in contrahendo licet posteriorem, alteri præferri ^q. Quadē re pluscula in Diocletianæ constitutionis expositione, ad cuius speciem venio.

Species le-
gis.



VOTIENS.] * Accius fundum Tusculanum Titio vendidit, calendis Ianuarij, nec tamen tradidit: Deinde calendis Februarij ab eodem Accio, idem fundus tibi diuenditus & traditus est. Fuit apud Diocletianum, & Maximia, quæstionis uter in dominio distractæ rei præferatur? Qui breuiter, recteque responderunt, eum cui prius res tradita fuit, licet in emptoris titulo posteriorem, anteponi: vnde nec eo prætextu, quod alteri nempe Titio, res diuendita reperiatur, poteris possessione tua deturbari. Sed nec illo colore, quod vel acquisitionis, vel contractus, instrumenta necdum tibi tradita fuerint. Quanuis si malis oblatum à Titio primo emptore pretium, cum usuris recipere, in potestate tua positum sit. Ita tamen ut fructus perceptos, cum usuris, & sumptibus, in prædium factis compenses. Nec porro mirum videri debet, si in duobus emporibus, qui titulo oneroso nituntur, is habeatur potior, cui res prius tradita fuit. Cum & in pluribus causam prætentibus lucrativam, idem iamdiu receput, Imp. confirmavit.

Prior tem-
pore potior
iure.

Dubitatem faciebat vetus illa regula, qui prior est tempore, iure quoque potior habetur ^a. Et quod ait Papinianus ^b, si prior conuenerit de pignore, licet posteriori res tradatur

^a Accurſ. & Bart. d.l. ſſeruus. in fin.

^b l. procuratoris. ſ. plane. vbi ac- curs. ff. de tributo. Accurſ. d.l. quod vendidi. et ad q. Venditæ. de re. b d.S. venditæ. Omſ. et C. h. c l. ſi pecuniam. ff. de cond. cauſ. dat. d l. ſi aiger. ff. de rei vend. l. traditio- nibus. C. de pali.

^e ſ. per traditionem. de rer. diuſ. f l. non statim. ff. de pecul. Accurſ. in P. ſ. in traditionibus. C. de pali.

^g l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. h l. j. in prim. ff. de acq. pali. i l. ea que. ff. de acq. rer. do.

^k Bal. l. ea lege. C. de cond. ob cau. da:

^l Bal. d.l. ea lege.

^m l. pen. hoc tit. l. traditionibus. C. de pali.

ⁿ l. alienatum. ff. de verb. ſig.

^o l. ſi. ſ. Lucius. ff. de donat.

^p l. qui tibi. C. de hered. vel action.

^q l. ſine autem. ſi. duabus. ff. de pu-

blicia. l. ſi ea res. ſi. ff. de att. empt.

& hic.

^a l. potior. l. creditor. ff. qui potior. l. ſi fundum. C. illo tit. c. j. de maior. & obed. c. qui prior. de reg. iur. in vj.

^b l. ſi prior. ſi. ff. qui potior. in pign.

c e. capitulum. de rescript. c. tibi qui.
eo. tit. lib. vj.
d c. fi. de spons. duo.

e l. si ager. ff. de rei vend. l. pe. hoc ti.
f l. qui tibi. C. de hæred. vel alio.
vend. l. iij. C. de ius qui à non dom. ma.
g l. traditionibus. C. de patl. §. per
traditionem. de rer. diuis.
h l. siue autem. §. si duobus. ff. de pu-
blicia. l. si ea res. §. si. ff. de actio. emp.
i c. quod au. em. de iur. patro.
k cle. cum illusio. de renunt. c. cum au-
tem. de iure patro.
l d. c. quod autem. & c. pastoralis.
de iur. patro.

m l. si prior. §. si. ff. qui potior. in pig.

n l. j. ff. de pig. actio.
o l. potior. l. qui Balneum. & d. l. si
prior. §. si. ff. qui potior.
p e. j. de maior. & obed. c. qui prior.
de reg. iur. in vj.
q e. capitulum. Vbi DD. de rescript.
r e. si tibi absenti. de prab. in vj.

s e. tibi qui. c. si pro te. c. duobus. de
rescript. in vj. d. c. capitulum.
t l. in concedend o. ff. de aqu. pluu. d.
c. tibi qui.
v Fely. c. eam te. de rescript.
x l. cum fuerit. ff. de cond. & dem. o.
l. nuptias. ff. de reg. iur.
y c. fi. de spons. duo.

z l. in operis. ff. locat.
a l. quoties. Vtriusque. ff. de reg. iur.
c. j. de maior. & obed. c. qui prior. de
reg. iur. in vj.

b l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff.
de verb. oblig.
c l. milites agrum. ff. de re milit.
d Accurs. l. quanuis. C. de fideicom.
e l. scire leges. ff. de legib.
f l. his solis. C. de reno. dona,

a l. si fundus. §. si duo. ff. de pign.

adhuc potiorem esse priorem. Deinde quod Pontificij tra-
dunt in assequitione sacerdotij primum impetrantem præ-
ferri secundo qui prius etiam literas praesentauit, aut sacerdo-
tij possessionem nactus est ^c, idem in nuptiis censentes, vt
priores legitimum consensum habentes posterioribus ex qui-
bus copula etiam sequita est, potiores habeantur ^d.

Decisionis vero nostræ ratio in promptu est, quia cum ex
solo contractu non transferatur in emptore dominiū ^e, tam
etsi iuris vniuersalis facta sit venditio ^f, sed ad dominij trans-
lationem necessaria traditio existat ^g. Is cui prius res tradita
est velut potentius ius habens (quia dominus effectus) ef-
debet anteferri qui solo titulo est subnixus ^h, vt & in simili
Alexander III. respondit ⁱ de duobus successuè praesentatu-
ris ab eodem patrono laico (nam clericus non potest varia-
re ^k) vt is preferatur, qui prior fuit institutus ab Episcopo,
licet ultimo praesentatus, quoniam, inquit ^l, antequam praes-
tentatio per Episcopum approbetur, ratum non est, quod à
patrono fuerit inchoatum.

Hinc constat, non obesse Papiniani responsum ^m. In quo
de hypotheca, & pignoris obligatione tractatur, quam nemo
nescit, nudo consensu, absque vlla prorsus traditione consti-
tuī ⁿ. Vnde nec iniuria anteferendus est, cui res prius oppi-
gnerata fuit, locūsc̄ fit antiquæ iuris regulæ, Qui prior est tempore
re, iure potior habetur ^o. ^p Quæ pari ratione in sacerdotiis quo-
que, seu Ecclesiasticis beneficiis ^q obtinet. In quibus, cum ius
queratur ex solo titulo: nec vlla desideratur traditio vel qua-
si, dum saltē præcedat acceptatio ^r. Primus impetrans, aut cui
priore loco collatum est sacerdotium, posteriori qui literas
etiam primò praesentauit, aut beneficij possessionem nactus
est, merito debet anteponi ^s. Solo tempore datae literarum
spectato, non etiam presentationis, aut possessionis adeptæ ^t.
Quod & alibi recentiores extensisimè tractant ^u. Sic & in
nuptiis dicendum, vt cum solo consensu, non etiam concubitu
perficiantur ^v: priorum causa potior sit, licet ex posteriori
re matrimonio, carnalis copula fuerit subsequuta ^w.

Hæc autem ad speciem legis nostræ perspicuè demonstrant,
quod si neutrī emporum res tradita esset, prior sine dubio
preferretur ^x. In pari quippe causa, sicut melior eius esse con-
ditio, qui prior est tempore ^y.

G D V O B V S.] Idem si tribus, aut pluribus: nam semper is
cui prius tradita fuit, licet ex sexcentis postremus foret em-
ptor, cæteris preferetur. Cum eadem sit omni casu ratio, ex
qua rectè duci mus argumentum ^z. Siue ea in lege sit expre-
sa, siue non, dummodo vnicā reddi possit ^{aa}, leges quippe non
tam in figura verborum, quam in ratione consistunt ^{bb}. Ta-
ctique cautum intelligitur, quod ratione legis comprehendendi
potest ^{cc}.

C I N S O L I D V M.] Secus ergo si pro parte eadem res duo-
bus diuendita esset, quo casu prælationi locus non existeret,
sed ad partem suam vnuſquisque vocaretur. Pro parte au-
tem præsumitur res distracta, vbi simul, eodemque tempore,
duobus vendita foret ^{dd}. At in specie nostræ legis, diuersis
tempo

^{rltimō}
præsenta-
tus quan-
dog, pre-
fertur.

^{declarata}
l. si prior.
§. si.

^{tempus da-}
^{tæ spellan-}
^{dum.}

^{Argu-}
^{mentum à}
^{ratione.}

DE REI VENDICAT.

21

temporibus factam eiusdem rei venditionem, euidentis facit dictio *In solidum*, tunc enim duobus uno momento dominium eiusdem rei, pro solido queri non possit^b: verisimile non est, ridiculè quicquam contrahentes agere voluisse^c, ut merito putem, D D.^d otiosè nimis ad hunc contextum exaudire, diversis temporibus.

b l. si ut certo. *c*. si duobus. ff. cōmod.
c l. iij. ff. de milit. testam.
d o daff. Bal. Caſtrenſe. & Iaf.

d **G I V R E.]*** Obstrepet hic alius validè clamosus, qui fieri
potest, ut iure id est, legitimè res eadem duobus insolidum di-
strahatur, cum poenam falsi contrahat, qui sic vendit^a. Et
quod iure sit, nullam mereatur poenam^b. Tu dic quod in hac
lege Diocletianus ait, prædium duobus iure distrahi, ad sub-
stantiam & solennia contractus referendum, ut videlicet le-
gitimè initus sit, & suis partibus constet, non etiam ad falsi
poenam, qua dubio procul coercetur, qui duobus pro solido
rem eandem diuersis contractibus vendit^c. Nisi forte pri-
mus emptor, in exsolutione pretij moram fecisset^d. Neque
enim dolo quicquam egisse videtur venditor, qui necessitatibus
suis, hac tantum fortasse via, occurrere potuit^e, falso
autem sine dolo non committitur^f. Huc pertinet quod de
poena quaeri non potest, qui conuentionem quod ad se spe-

a *I. qui duobus ff. adl. Corn. de fals.*
b *I. Gracchus. C. adl. Iul. de adult.*

- c d.l. qui duobus.
- d l. Venditor ex hereditate. ff. de
hered. vend.
- e l. quandiu. C. de distract. pignor.
- f l. nec exemplum. C. de falsi.

peccata quae non potest, qui contentionem quod ad leprosum
stat non seruauit ^g. Et quod dico solet frangenti ^h fidem, violare
lare quoque fidem licere ^b. Scio tamen Pauli responsum ⁱ,
quo plerique omnes hac in re nituntur: alio pertinere, nimirum
ut doceat eum qui stipulatione empto hereditatis interpo-
sita, haereditatem vedi didit, si rem haereditariam consequitus,
alij distractus ad pretium teneri: quod in locu haereditariorum rei
vendita succedit ^k. Porro non est nouum, ut quod in sui sub-
stancia iure perfectum est, poenam sustineat, nam matrimonium
intra lucus tempora iure contrahitur; quantum in se est, con-
trahentes tamen infamia, & aliis legis poenis coercentur ^l.

g. l. quaro. S. i. ff. locat. l. cum propo-
naso. Vbi Bald. C. de naut. fænor.
h. l. cum proponas. j. c. de pæt.
i. d. l. venditor.

Locaria ea- e **T**DIS TRA HIT V R.] * Aliud ergo si duobus eadē res lo-
dē res an 12 cetur, eius quippe causa potior habebitur, qui prius conduxer-
duobus pos rit^a, licet alteri res fuerit prius tradita, cum tunc cesseret con-
stitutionis nostrae ratio^b, quæ tota sicuti supra diximus, ac-
quisitioni dominij per apprehensionem innititur^c; neque
mutet dominium locatio^d, aut aliquod vel minimum ius
in re transferat^e. Verum hoc ita recipimus, si secundus con-
ductor, cui res prius tradita fuit, possessioni non incumberet,
nam quandiu rem ipsam possideret, nulla posset actione à
primo conductore impeti^f. Non personali, cum nullus in-
ter conductores præcesserit contractus, aut maleficium^g, non
item reali, cum nec dominium, nec ius aliquod in re, per con-
tractum locationis primus conductor quæsicerit^h.

a l.in operis. ff.locat.
 b l.adigere. s. quanuus. ff.de iur. pa-
 tron. l.milites a grum. ff.de remilita.
 c l. si eares. S. ff. ff.de aet. empt.
 d l.non solet. ff.locat.
 e l.emptorem. Cillo tit.

f **G M A N I F E S T I I V R I S E S T.**] Cum hinc, tum ex
13 *aliis complusculis locis^a, licet obseruare, falsum esse, ne di-
cam ridiculum, quod scriptores passim iactant, legem non
esse de re clara, aut manifesta, & quæ dubitationis aliquid
non contineat^b. Sexcentæ profectò in iure ciuili constitutio-
nes leguntur, quæ perspectam omnibus, & indubitatam, con-
tincent decisionem. Imò quæ nec dubitandi rationem ullam
habent, nec vñquam habuerunt^c, vt merito putem, has argu-
mentandi ratiunculas, leuiores esse, quam quæ doctos, & ali-

*E Rot. decis. 779. Verum. l. quoties.
in antiqu. Lactionum ff. de action. §. omnii.
llo tit.
d.l. non solet d.l. emptorem.
l. quær. ff. de natal. rest. l. qui scit.
vers. & ideo ff. de sur. l. f. in prim.
de surt.
l. quod Labeo. ff. de Carbo. edit. l.
inf. ff. ad municip.*

*c.l. n. ff. dc offic. cons. d.l. querit. d.
l. quisicit.*

quoque dominium intelligitur^e. Atque ita cessat posterior obiectio, cum duarum fictionum, quarum una ad alteram in consequens venit, consentiant omnes, non impediri cursum^f.

Verum enim uero, quoniam satis multa de traditione dividimus, illud ad speciem nostrae legis non prætereundū, quod si vterque empor rem sibi traditam probet, neque planè constet, cui prius tradita fuit, priori empori velut iustiori, tradita prius præsumetur^g. Si tamen vterque pretium numerauit. Alioqui potior eius causa semper habebitur, qui probauerit numerationem^h.

h § IN DETINENDO DOMINO.] Si venditor tem-

pore traditionis dominus erat. Alioqui naturali etiam apprehensione rei, non potuisset empor dominium querere^a. Sed causam tantum vsucapiendi^b. Et ideo non de dominio, sed quasi, hoc est, de iure, vel in re, vel ad rem bona fide quæsito,

17 detinendo tractaretur. In quo tamen tuetur prætor empor rem per publicianam^c. Sane vero melius dixisset hic Imperator (inquit D D^d) in obtinendo dominio, cum dici non possit dominium, quod iuris est, detineri^e. Ignari nimis, strictam hanc rigidamq; verborum proprietatem, à lege plerunque negligi. Pauloque liberiorem accipi interpretationem^f.

Secundum quam, ea quoque quæ in intellectu, & animi censura consistunt, tradi, possideri, ac detineri dicuntur^g. Et sane semper ego indignum putaui, sermonem authorum iuris, ad donati regulas (quod de sacris literis ille dicebat) strictam que verborum significacionem tam superstitione coarctare.

i G E S S E P O T I O R E M.] Velut potentius ius habentem, cum per naturalem rei apprehensionem dominus effectus sit^a. Alter vero, licet prior empor, solo emptionis titulo subnixus, non potuit dominium querere^b. Tametsi de iure vniuerso contractum esset^c. Et quanvis prima venditio iure iurando fuerit roborata^d. Vt cunque enim iuslurandum adiectum primæ obligationi, ad factum præcisè obligare dicatur^e: non tamen ex solo contractu dominium transfert, minusque impedit dominij translationem fieri, ex sequenti conventione fieri, quam traditio subsequuta est^f. Nam & dici solet, iuslurandum ab illius actus natura cui adiicitur, interpretationem recipere^g. Atque ita cæteri probant^h.

Cessante porro nostræ legis ratione, fateor totam hanc constitutionem antiquari, veluti iis casibus, quibus singulari quædam prærogativa, ex solo contractu, citra traditionem, transfertur dominium (vt in ciuitatem, Ecclesiam veⁱ) Aut ius alii quod in re constituitur, velut in hypotheca^k. Tunc quippe constat, eum præferri, qui prius contraxit, non expectata naturali apprehensione rei^l. In iuréque potiorem esse, qui prior tempore fuit^m. Quod & ad nuptias, sacerdotiaq; supra meritò protractimus. Hinc & illud à nonnullisⁿ traditū, vbi venditor priori empori promisisset, re alijs non vendere, sub obligatione honorum suorum, huic legi locum non esse. Cum talis pactio, adiunctam habens hypothecam, impedit dominij translationem^o. Et ideo licet empor, necessum non habeat

stare

e l. traditio. l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom.

f l. sub conditione. ff. de solution. §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat. potest. DD. l. si in qui ff. de vsucatio.

g Bald. l. post sententiam. C. de sent.

h Bald. c. si facta. col. j. circa fin. si de feud. sue. cont. inter do. & agna.

a l. traditio. ff. de acq. rer. do.
b l. clanibus. ff. de contr. emp.

c l. l. leum qui l. sue autem. & l. si ego. ff. de publicia. §. nanque si cui. de aetio.

d Bal. & Ias hic in princip.

e l. seruum. §. j. ff. de acq. re. do. l. quies. ibi dixi ff. de seruitutib.

f l. seruum. §. seq. ff. de verb. obli.

g l. qui vsufructum. ff. si vsufru. petat.

a §. per traditionem. de rer. diuis.

b l. si ager. ff. de rer. vend. l. traditio. nibus. C. de past.

c l. qui tibi. C. de hared. Vend. l. ij. C. de iis qui a non do.

d c. sicut ex literis. de sponsal.

e c. si. ne pralat. vic. suas. Accurs. si specuniam. ff. de cond. caus. dat.

f d. c. sicut ex literis.

g l. si. ff. qui sati. d. l. si. C. de non nu. pec.

h Ias. Imol. cap. cum contingat. de iure iur. Ias. hic nu. xxxvij.

i l. si. C. de fac. sanct. eccles.

k l. si. ff. de pignor. actio.

l l. si prior. §. si. ff. qui potio. in pign.

m l. potior. l. qui balneū. d. l. si prior. §. si. illo tit.

n Ias. hic num. xxvij.

o l. si creditor. §. si. ff. de distra. Et. pig.

Expositio
DD. re-
probata.

verba iu-
ris consul-
torū Do-
natiregu-
lus no sub-
iicienda.

Iurisuran-
di virtus.

Hypothe-
ca bonorū
impedit
transferri
dominiū.

p l.emptorem.C.locat.

q 10.1mol.l.filius fam. §.diui.coll.ij.
ff.de leg.j.inl qui absenti. §.j.ff.de
don i. Caſtrenſ. l.ſi merces. §.j.ff.locat.
l.ſi.i.c.

r d.l ſi creditor. §.f.

s l.pen. ff.de pacl.

t d.l ſi creditor. §.fin. Accurs. &
alij.d.l.pen.

a l.imperatores. ff.de ſeruit.rufico.
l.via. ff.de priuileg. Vetera.l.medi-
cina. ff.de Var. cog.l.filij. §.fin. ff.ad
municip.

b Linterdum. ff.de verb. fig.

c In princip. §.nihil commune. ff.de
acq.poff.

a l.procuratoris. §.pen. ff.de tributo.
§.Vendita.de rer.diuiſ.

b l.quod vendidi. ff.de contr.empt.
d. §.vendit.e.d. §.pen.

c ut hac.

d l.de pretio. ff.de publicia. Bal. hic
coll.fi.

e Leum qui. §.fi. ff.de publician.

a Caſtrenſ.hic.

b l.circa. ff.de proba. l.liberis. §.fi. ff.
de liber.cauf.

c c. ſi à ſede. de preb.in vj.clem.j. ut
lit. pend.

a l.instrumentis. & l.non idcirco. C.
de fid.infr.l.non idcirco. C. de contr.
empt.

b l.titius hæres. Vbi DD. ff.de act.
empt.

c l.instrumenta.C. de fideiō. l.cre-
pitor.in princip. & d.l.Titius. ff.de
actio.empt.

a l.venditrici.C. de reb.alie. & hic.
b l. ſi poſte a. ff.de pecul.l. quod quis.
ij. ff.de reg.iur.

c l. ſi rem. §.j.l. ſi mancipium.l. ſi
fund. §.fi. ff.de euictio.l.ij. §.fi lega-
tarior. ff. ſi cui plus quam per l.Falc.

ſtare colono,cui dominus prior locauit^b: ſi tamen locando
dominus promiſiſſet, alteri non vendere,eius rei nomine bo-
na ſua oppignerando, non poterit expelli conductorⁱ. Cum
ſubſequita venditio, nullius fuerit momenti^b. Quid autem
Pomponius ait^c, paciſcendo neminem efficere poſſe, ne præ-
diuim inuitio vicino alienare liceat; non obtinet, vbi paciſcen-
tis intereſſe poſteſt, ne res diſtrahatur^f.

Conduētor
quando no-
poſit ex-
pelli.

Poſſeſſio-
nis verbu.

k T P O S S E S S I O N E M.] † Hoc eſt prædiuim, & rem ipsam
20 diuenditam. Nec eſt nouum poſſeſſionis verbo, agri aut fun-
di corpus ſignificari^a. Nam & quemadmodum Festus Pom-
peius ait, poſſeſſiones agrí ſunt latè patētes, publici, priuatiq.
Vnde qui poſſeſſiones ſuas teſtamento legauit, ipſiſſimas res
hæreditatis, & corpora, legaffe intelligitur^b. Quia de re diſſu-
ſiore tractatu diximus alibi^c.

l G E M I S S E.] Eiusdémq. rei comparatae, poſſeſſionem ap-
prehendiffe.

m T A C P R E T I V M E X S O L V I S S E.] † Vel alio mo-
do tatiſecifſe, velut pignore, aut fideiūſſore dato. Vel ſide
pretij nomine habita^a. Neque enim diſtractæ res, & tradiſe,
emotoris aliter ſiunt, quām ſi vel venditori pretiū fuerit per-
ſolutum: aut ſatiſ eo nomine factum: vel etiam emotoris fi-
dem de pretio venditor fuerit ſequutus^b. Igitur, in duobus
ementibus ab eodem domino, & ita in rei vendicatione, non
ſatiſ erit ſecundo emotori, rem ſibi priuius traditam probare, ni-
ſi illud quoq. doceat, ſe pretium numeraffe^c. Quanuis in pu-
bliciana, † vbi plures emerunt bona fide ab eodem non do-
mino, vincat ſemper emotor, cui priuius res tradita eſt. Tāetſi
non probet pretium exſolutum^d. Bonam fidem quippe tan-
tum, & traditionem lex deſiderat, vt publiciana detur^e.

n T P R O B A V E R I S.] Te inquam emiſſe, ac pretium exſol-
uiffse. Nec enim audiendi ſunt qui putant^a, hic agi de proba-
tione traditionis: cū non ſoleant à poſſeſſore, iſtiuſmodi pro-
bationes exigit^b. Et ex probatione tituli, ac numerationis pre-
tij, cum poſſeſſione, res priuius tradita præſumī debeat^c.

o T O B T E N T V N O N D A T O R V M I N S T R V-
23 mentorum.] † Hoc eſt, prætextu non traditorum tibi inſtru-
mentorum, hæreditariorum forte, quibus ſe dominum fuiffe.
vnditor demonstraret. Neque enim ideo cenſetur imperfe-
cta venditio, aut minus legitima poſſeſſionis traditio, quòd
acquisitionis ſuæ, venditor fidem nō fecerit emotori^a. Quin-
imo nec tenetur venditor, eiusce rei documenta emotori tra-
dere^b. Sed tantum exhibere, & poſteſtatam deſcribendi face-
re, cum illi opus erit^c.

p T E R I T S A N E I N A R B I T R I O T V O.] Niſi ſum
emotoris, cui res priuius tradita fuit, licet posterius diuendita.
Vt ſi non admodum ſit tibi curæ, comparatum prædiuim re-
tinere, poſſis pati à te per primum emotorum fundum euinci,
cuius nomine pretium poſtea cum uſuris à venditore repe-
tere poteris^a. * Nec obſtat quòd legitimā deſcenſionem omi-
ſeris, nec ſuccurrat lex ei, qui dānum culpa ſuā paſſus eſt^b.

q Ideoq. non detur emotori actio de euictione, cuius factio, cul-
pa, negligentia, res euicta fuit^c. Nam hac allegatione ven-
ditor

Vendita
res quo-
modo fiat
emotoris.

venditor
non tene-
tur acqui-
ſitionis in-
ſtrumenta
traderem
emotori.

F
Euictio
quādō de-
tur emotori.

ditor vti non potest, cum ipse met vel alius ab eo causam ha-
bens rem euincit^d. Tum quod ex culpa illa sua commodum
senserit^e, tum quia nemo possit aduersus proprium factum
venire f, etiam ex persona alterius^g. Neque praeterea nos mo-
uerit, quod rem non debitam scienter restituenti, nulla detur
repetitio^h: nam hoc casu non censemur prorsus indebitum sol-
ui, ex quo priori emptori (cui certe iuris apicibus neglectis,
res natura debebatur) facta est restitutioⁱ, praesertim cum non
sua sponte secundus emptor rem priori restituerit, sed ex sen-
tentiae necessitate^k, quam oportet dubio procul præcessisse
ut de euictione contra venditorem agi rectè possit^l.

*De euictio
ne quando
agi posst.*

q) **G P R E T I V M C V M V S V R I S.**] Alibi si idem C A E S S.
dicunt emptorem qui noluit defensione vti, quanti sua in-
terest nihilominus experiri posse^a. Aliud autem esse id quod
interest à pretio cum usuris Hermogenianus indicat^b. Quo-
circa putauerim si pluris interfit emptoris quam sit pretium,
cum usuris id quod amplius est eum consequiturum^c.

r) **G R E C I P E R E.**] A venditore, digno sanè grauiore pœ-
na, qui duobus eandem rem pro solido, & scienter vendidisse
conuincatur^d.

s) **G R A T I O H A B E A T V R.**] Ut videlicet fructus perce-
pti cum sumptibus & usuris pretij soluti compensentur^e. Et
ita ut si plus sit in usuris & sumptibus quam in fructibus per-
ceptis, emptori de euictione agenti venditor restituere co-
gatur f.

An hac t. G E X C A V S A D O N A T I O N I S.] † Procedit ergo
lex ha= 25 traditio huius legis, non tantum in duobus titulum emptio-
nis, & ita onerosum prætentibus, sed etiam in habenti-
bus causam lucratuam, nimirum donationis^g. Quod si pri-
mus emptionis titulo nitatur, posterior vero cui prius res tra-
dita fuit, sibi donatum dicat, receptum est hoc casu priorem
nihilominus præferri^b. Quanvis enim per traditionē trans-
latum sit in secundum dominium^c: poterit tamen emptor
revoicare à donatario, tanquam alienatum in fraudem^d. Li-
cet is ipse cui donatum est fraudem ignoret^e. Nam & si in
emptione, & alienatis titulo oneroso dicamus, tam datorem,
quam receptorem, ut alienatio reuocetur, participem fraudis
esse oportere^f: ubi tamen donationis, seu lucratuio titulo,
res possidetur, nulla fraudis scientia in donatario exigitur^g.
Diuersa quippe est ratio damni, & lucri^h. Nec censemur iniu-
ria donatarius affici, qui ignorauit, cum non patiatur dam-
num, sed lucrum tantum amittatⁱ. Sed de iis D D. alibi plu-
nius^k. Hæc super hac lege dicenda mihi visa sunt, Auditio-
res ornatisimi, quæ vos pro vestro singulari erga me studio,
& amore, boni consulatis velim.

Ioannes Corasius Tolose, xv. Calendas
Aprilis, 1549.

F I N I S.

d l. sed si exceptio ff. de euictione d. l.
venditrici.

e l. cum in fundo. §. quod si mulier.
ff. de iur. dor.

f l. post mortem ff. de adop.

g l. si non fortun. §. filii famili ff. de
cond. indeb.

h l. j. ff. de cond. indeb.

i l. naturaliter ff. illo tit.

k c. debitores de iure iur. l. neratus.
ff. de cond. indeb.

l l. utique ff. de rer. vend. l. hubere
licere ff. de euictio.

a l. venditrici. C. de reb. alie. no alie.

b l. si plus ff. de euictio.

c l. prædia in fin. ff. de actio. empt. l.
sed si ex causa ff. pro soci. l. j. ff. vi bo-
raptor.

d l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de fal.

e l. minor. cui. §. prædia ff. de mino.
l. super. C. de euictio.

f l. sumptus l. emptor ff. de rer. ve.
d. l. super.

a ut hic.

b ius huius.

c l. traditionib. C. de paci. §. per tra-
ditionem de rer. diuini.

d Bald. in rubr. C. de iis qui in prior.
cred. loc. succed. circa prin.

e l. qui ante. §. similiq. modo ff. que
in fraud. cred.

f l. j. ff. illo tit.

g l. ignoti. C. de reuo. iis que in fraud.
cred. d. §. similiq. modo.

h l. si. C. de codicilli.

i d. §. similiq. modo.

k Accurs. & alij. §. item si quis in
fraudem. de actio.

Exception sixième

... adiebfs terminiez en ... écrits a tel tel ou n
au singulier exemplé generouse glorieux he re x

et ell

✓, pris avec s ~~le~~ ^{et} beau nouvea et uel va dor leit
esbre escrivit donant vre consone comme ^{la} ~~le~~ beau paltis
un beau gars on ^{la} ~~le~~ noveau batiment us uivez cher

